

Vl, 25c

2.498



I. N. I.
MEMORiarVM COBVR.
GENSIVM

&
FASCICVLI SECVNDI

PRIMA

f.
MEMORIAE
JOH. FABRI,
ERNESTI FOHMANNI,

&
CHRISTOPH. WALZII,
PROFESSORVM.



JLL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. I.



Qvod ex duodecim *Memoriis Coburgensi-*
bus, compositis iamdum, & typo con-
signatis publico, constat. *Vitae Direc-*
torum JLL. CASIMIRIANI peruul-
gatae fuerunt haecenus, ita tamen, vt
quia *Ipsi Rerum Gymnasticarum* con-
stituti erant Moderatores, *Earundem*
simul & praecipue aperiretur *Notitia;*
huc imo quoniam referimus omnia, *Historiam laudatissimi A-*
thenaei pertexturi, *Memoriae modo dictae* in primo non poterant
non statim comparere *Fasciculo.*

§. II. Ex causis autem, quas habemus, iustis, etsi finis *Fasci-*
suli Memoriarum primi nondum constitutus est, in ipso hoc *Fa-*
sciculo altero Memoriarum Professorum reliquorum ab ortu Gymnasii,
Fasc. II, &c

& *Facultatum omnium*, & ex *Matriculae* ordine, enarratus ingredimur scribere, *Vitas*que iam nunc explanamus, *Johannis Fabri*, *Ernesti Fohmanni*, & *Christophori Walzii*. Nam, in *Matricula* quae legitur, *Enumeratio omnium illorum*, qui in *Illustri Gymnasio Casmiriano* sive *Directorio*, sive *Professorio munere* functi sunt, primores sunt, *Johannes Faber*, *Zacharias Scheffterus*, *Andreas Libavius*, *Ernestus Fohmannus*, & *Christophorus Walzius*: *Scheffteri* autem & *Libavii*, *Directorum*, *Memorias* non repetimus. *Fabri*, ut est in *Actis Gymnasii* primis, *prima* fuit *Institutio*, Isque cum *Schefftero* paucula in *Gymnasio* recens *constitutio* docebat, *Dresserus* autem *Classem* ex superiore *scholad* duxerat. *Libavius* cum *introduc* tus fuisset *Director*, d. 20, Mart. A. MDCVII., postridie *Professores* renunciabantur, *Andreas Libavius*, *Med. D.*, *Gymnasiarcha*, *Christophorus Walz*, *J. V. D.*, *Lector Institutionum*, (Anno post Huic additus legitur *Ern. Fohmann*, *D. prof. Regul. Juris*) *Zacharias Scheffterus*, *Phil. M.*, *Physicus*, *Logicus*, *Balthasar Bertschius*, *Philos. M.*, *Mathematicus*, & *Sebaldu* *Krug*, *Inspector simul* & *Theologiae Professor*: *Adiuncti* nominantur, *Johannes Gerbardus*, *S. Th. D.*, *Superintendens Haldburgicus*, qui *mens* truas *Disputationes Theologicas* habere solebat, & *M. Johannes Dresserus*, *primus Scholae trivialis Collega*, *Paedagogio additus*. Et A. 1610. in *Lectio* nes sic *distributi* erant *Professores*: *Gymnasiarcha* *D. Libavius* *pro tempore* *Locos Theologicos* & *Physicam* *praelegit*, *hebdomadarium* *Exercitationum Praesessoriusque Scholae* *Director*, *D. Christoph. Walz*, *Institutionum Professor*, *D. Ernestus Fohmann*, *Regularum Juris*, *M. Zacharias Scheffterus*, *Logicus*, *Ethicus*, *Graecus*, *Orator*, *Poeta*, *Historicus*, *M. Balthasar Bertsch*, *Mathematicus*, *Grammaticus*, *Graecus in Paedagogio* & *Rhetor*, *M. Johannes Dresserus*, *Logicus*, *Theologus in Paedagogio*, *in Classico varius*, *M.*

4
Sebaldus Krugius, Ebracus, Theologus, Inspector Conuictorii, Examinator hebdomadarius, & Disputationum priuatarum Procurator, & D. Jo. Gerhard raras Disputationes publicas iuxta Locos Theologicos habuit.

§. III. Et **JOHANNES hic FABER**, non permiscendus & confundendus cum *Jo. Fabro*, Ecclesiae Coburgensi Aulico & Professore Theologo, infra obuenturo, natus erat Rodachii, oppido in Dioecesi nostra Coburgica, Patre *Guarino*, *Jo. Fabro*, primum Cantore, post Ludi moderatore, & tandem Vicario s. Archi-Diacono in *Rodach* / & Matre, *Anna Nemhardia*, d. 19. Febr. A. 1566. A. 1581. in Seruestanam Scholam discessit, & ex Schola hac in Gymnasium Seruestanum promotus est A. 1584., a Rectore, Gregorio Bersmanno, qui egregium egegiorum profectuum testimonium tribuerat, Jenam dimissus est d. 13. Februar. A. 1586., Jenae anno eodem & in Communitatem receptus fuit & Baccalaureus creatus, & A. 1588. d. 23. Jul. Magister renunciatus, Annoque 1590. d. 19. Jan. nuptiale ibidem festum celebrauit cum *Barbara*, *Josephi Steckenbergeri*, Senatoris Jenensis, Filia. A. 1591. d. 20. Maj., Meiningae, vbi tunc erat JLL. Consistorium Hennebergicum, Rector constituebatur Illustri Gymnasii Schleusingensis, & d. 17. Jun. solenni introducebatur ritu, spartam gratulantibus Viris Clarissimis, & *Matthaeo* in primis Dressero, Martinoque Crusio. A. 1592. d. 29. Jam iudicium subiit JLL. Consistorii Vinariensis, ob Caluinismum suspectus multis & inuisus, sed, innocens Ejusdem sententiis absolutus, cum literis remeauit d. 9. Mart., denuoque introductus est & confirmatus per Orationem Praefatis Hennebergici, *Schalleri*, vernaculam. A. 1597. d. 5. Jul. Nordhusam ad Restoratum capessendum vocabatur, abiitque Schleusinga d. 9. Sept. & Nordhusae introducebatur d. 21.

d. 21. eiusdem mensis. A. 1598. d. 7. Apr. Jenam, vr Scholae, Senatoriae ageret Rectorem, accerseretur, & Nordhufa d. 7. Maj. Jenam profectus est, d. 29. Vinariae in JLL. Consistorio confirmatus, d. 29. i. introductus, & d. 25. Jun. in Facultatem praeterea receptus Philosophicam. A. 1598. d. 18. Oct. Coburgum abiit ad Recturam, quae tunc heic erat adhuc, Scholae, Jenaque d. 28. Nou. discessit & d. 4. Dec. introductus est Coburgi. A. 1607. Rector fiebat recens conditi JLL. Gymnasii Coburgensis, immisus solenni ritu in munus hoc d. 10. Dec. A. 1606. d. 3. Nou. Dom. XX. Tr. Concionem doemasticam habuit Eisfeldiae: d. 14. Dec. ordinatus est & constitutus Superintendens, & d. 21. Dec. Dom. IV. Adu. sermonem dixit auspicialem sacrum. Anno tandem 1625. d. 1. Mart. suam Eisfeldiae efflauit animam, & ex hominum demigrauit vita. A *Fabro* nimirum, qui nouae Scholae prouinciali Coburgensi ornandae & moderandae cum dignitate Rectoris praefectus erat, & cuius Vitae Scriptorumque prolixior Recensio extat in Notitia Rectorum Schleusingensium, A. 1712. edita, Initia & fundamenta solum iacta sunt futuri Gymnasii, ipseque *Faber*, Eisfeldiam digressus, Coburgi Collegam, quem vnicum habuit, reliquit *Scheffterum*: *Andreas* autem *Libanius*, *Philosophiae* & *Medicinae* Doctor, Rotenburgo ad Tubarim euocatus, ex ordine collocauit omnia. *Videantur Fasciculi primi Memoriae, prima, & sequentes.*

S. IV. ERNESTVS porro FOHMANNVS, qui in *Enumerati-
one* aliquanto ante allegata *Fabrum* modo descriptum, & *Scheff-
terum*, nec non *Libanuum*, *Fasciculo* iam primo propositos, exci-
pit, hanc in lucem mortalium editus est Schleusingae in Her-
nebergia d. 1. Oct. A. 1570. Patre M. Jacobo *Fohmann*/Con-
Rectore tunc Schleusingensi, Diacono deinde Meiningae, &

tandem ab A. 1573. Pastore & Decano Schleusingae, ubi & de vita. Hic exiit d. 27. Sept. A. 1589. Schleusinga, & e Gymnasio patrio, in Academiam Jenensem A. 1591. mense Nouembri dimissus, per Philosophiae & Juris studia agitauit ingenium: Basileae solenni ritu Juris Doctor creari meruit. Coburgi autem publicis ad motus est officii & splendidis, nominatimque A. 1606. Aduocatus confitebatur Curiae provincialis & Aulicae, A. 1607. Affector modo dicti Dicasterii & Scabinatus, A. 1608. Professor simul Juris in JLL. Casimiriano, A. 1612. Dn. D. Volkmaro Scherero, Seni, vicariam in disponendis ILL. Regiminis, aliisque publicis negotiis, praestare iubebatur operam, A. 1619. Cancellarius DVCALIS fiebat, & Consiliarius Intimus, & A. 1633. ILL. Consistorii Praeses, diemque vitae supremum egit V. Jan. 1641.

S. V. Quam breuiorem biographiam FOHMANNI, *Viri* quondam summi, & inter *Illustres Cancellarios Saxonicos* a Dn. B. G. Struuiō, in praefatione ad V. tam *Ge. Franzkii* Ackerianam rectissime relati, his fortassis dilataste iuerit *Addamentū*. Pater enim *Ernesti Fohmanni, Illustris Cancellarii, Iacobus Fohmannus*, Inspector etiam fuit primus Gymnasii Hennebergici, quod Schleusingae A. 1577. postremus Hennebergiae Princeps, GEORGIVS ERNESTVS, condidit, & Theologiae in eo em Professor, Coniugii participem habuit *Margaretham, M. Sebastiani Steidii*, Ecclesiae Magdeburgensis & Erfurtensis, Gnatam, ex qua ipsa, praeter *Ernestum* hunc, suscepit *Ortolphum Fohmannum*, Seniore, J. V. D., Consiliarium SAXONICVM, Jenae Ordinarium, & Professorem Publicum *Iacobum Fohmannum*, Pastorem in Wehna, & *Mariam*, Auiam Icti tidem Includi, *Georgii Adami Struuii*: & in Aede Schleusingensi oppidana post altare est conditus. Coburgi *Ernestus* noster d. 26. Jan. A. 1608. in Regulas Juris in Gymnasio coepit praelegere Professor, & d. 22. Apr. A. 1609. Disputationem publice proposuit de Testamentis. *Ernestus* hic *Fohmannus, Cancellarius*, Auctor extitit profapiae Coburgi adhuc dum florecentis, & Generosissimorum *Fohmanniorum* de & in *Waldsachsen*. Et in Aede Mauritanica Coburgensi, in quam exulatae sunt, Lapis prope ab Altari sepulchralis hanc legendam offert Inscriptionem:

Hoc

Hoc placide Ernestus dormit sub mole Fomannus,
Henneberga tuo clara subortus agro.

Steuſingam lucem, titulos Baſilea ſupremos,

Juris Coburgum munera ſumma dedit,

Abſtulit alt mors; aſſiduas hinc fundit adempto

heu lacrymos udis curia moſta genis,

Viginti ac octo quam Cancellarius annos

Conſiliis rexit, ſouit & auxiliis.

Caetera praectreant mala vel bona ſplendida, miris

quaeque fere innumeris mixta fuere modis;

Mars ferus at patrios dum perdidit undique muros,

Bolörumque ultra fata vocare focos.

Nec memorare lubet: Chriſti virtute beata

mens noſtras dubias ſpernit in orbe vicés.

Lector, pauca tene, merito quae verba Fomanno

ultimus ac verus ponere juſſit amor.

Proſpera non inflare animum, fregere nec aſpra,

cum fidei inuictae gaudia ſola iuuent.

Cura ac qui, pietas, ſapientia robore praectians,

ſunt deſiderii vulnera mille ſui.

*Erneſtus Fomannus Conſiliarius & Cancellarius Saxo Coburgi-
cus natus Steuſingi I. Octobr. an. MDLXX. mortuus Coburgi V.*

Iam, an. MDCXLI.

*Conferantur in laudariſſimi Cancellarii Fobmanni Proſopiam, Vitam, &
Merita, Dn. D. Hönni Chron. Cob. P. I. p. 51. & P. II. pp. 270. 275. 286. &
287., Notitia Epororum Schleuſingenſium I. die Schleuſingſche Predi-
ger-Hiſtorie, ed. A. 1611., Memoriali Libri, qui Schleuſingae itidem in Gy-
mnafiu Hennebergi quondam Ciumm vitas editus eſt, Recenſiones, &
Zemmeri Vitae Profeſſorum Ieneniſium.*

§. VI. Et ad CHRISTOPHORVM tandem WALZIVM quod
attinet, iuris Doctorem, in Scabinatu Aſeſſorem, & Conſultarium DVCA-
LEM SAXO COBURGICVM, Profeſſoremque antehac Inſtitutionum,
Inru in ILL. CASIMIRIANO, natus Is erat Hilperhuſae, ſede nunc
DVCALI, d. 3. Jul. A. 1575., Patre Jo. Walzio, Senatore & Panniſi-
ce, & Matre, Cunigunda Gottwaldia. Hilperhuſae in patria, Schleu-
ſingae

linguae & Magdeburgi, cum fundamenta linguarum probe jecisset, & A. 1597. Jenam ablegatus fuisset in Academiam, ad studia Jur. animum applicuit suum, & d. 28. Mai. A. 1605. Doctor ibi renunciabatur. Anno porro 1605. Coburgi, & Auspiciis Serenissimis, munia obire coepit Aduocati in Dicasterio prouinciali, mox ino Assessor constituebatur in Scabinatu, nec non in Gymnasio Professor institutionum Juris: in Matrimonio priore, a d. 7. Mai. A. 1605. vsque ad 25. Jul. A. 1612., Margaretham habuit, Filiam Abrahami Richzenhansii, Quaestoris in Leuchtenberg, prope Calam, in posteriore autem, & a d. 7. Jun. A. 1613., Amaliam, Andreae Cornarii, qui Consul Coburgi fuit, filiam, Catharinam Lucretiam, Vxorem deinceps Keslerio Seldianam: d. 7. Mai. A. 1616. Consiliarius declaratus est Regiminis DVCALIS: placideque eodem modo dicto Anno 1616., & d. 19. Aug., obiit iuris hic Antistes percelebris, & de Gymnasio nostrati praecclare meritus. *Vidd. Concio funebri typis exscripta, habitaque a Reu. Ministero Coburgensis Seniore, Io. Aldenburg, ex Ps. LXXVIII. 9. 10., & Chron. Cob. P. 1. p. 58.*

§. VII. Ternasque has *Memorias Paschalis* excipit *Intimatio*. **CONRADVS** enim **SCHIRMER**, *Sonnesfeldensis, qui beneficio Communitatis nostrae incho, & Patronorum Coburgensium liberalitate, enuiratus est frugi idcirco se exhibuit Ciuem & auditorem inprimis in scholis Professorum publicis, varia assiduitatis & animi liberalibus studiis perpolitum promissi specimina reque adeo literaria Coburgensi bene gesta ad Academiam honeste & publica. quam Leges Alumnus in Communitate conditae requirunt eucharistia, abiturians, cum Hymnum modernorum Iudaeorum paschalem* **רחי גריר**. *Ein Zicklein, Ein Zicklein, stito & voce ita hodie perfecturus sit, ut ipsum obitcurum, & tot obstructum difficultatibus, pro sua enodet virili, & ad causae tamen Christianae paschale & salutare trahat commodum: VOS, CIVES STUDIOSI. Studiosum Communitatem, pace bona & cum commendatione, alibi etiam profutura, dimissum audite, & vestris non minus Votis prosequimini, riteque Solennia concelebrat PASCHALIA. P. P. Fer. I. Pasch.*

A. MDCCXIX.

I. N. I.

MEMORIARVM COBVR-
GENSIVM

&

FASCICVLI SECVNDI

SECVNDA

f.

MEMORIAE

SEBALDI KRVGII,

BALTHAS. BERTSCHII,

JO. DRESSERI,

&

JO. GERHARDI,

PROFESSORVM.



JLL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QUI
S. I. S.

§. VIII. Ad alias aliorum Professorum Coburgensium Me-
morias, longiusque in Fasciculo hoc altero progressuris, e to-
ties dicta *Gymnasti Matricula*, & hujus Ordine, *Sebaldus Kru-
gius, Balthasar Bertschius, Iohannes Dresserus, & Iohannes Ger-
hardus*, observantur, ita idcirco iam nunc percensendi, ut, ad
rationem rerum *Gymnasti explicandam*, quae perquiri potue-
runt hactenus, & ad eandem omnino spectant, aperte indi-
centur Monumenta.

§. IX. *Sebaldus* nempe *Krugius* ortum habuit in *Thuringia*,
Ifenaci, primaria Ducatus Vrbe, & sede PRINCIPIS; Fra-
trem fortassis, *Georgium Krugium, Ifenacensem, Rectorem Scho-
lae Ulzenfis* in Ducatu *Luneburgico*, post *Medicinae Doctorem*,
eiusdemque, ut & Physices, in Academia Sorana Professore,
*Anno 1659. mortuum. Vidd. Witt. Diar. Biogr. ad A. 1659. & Ge-
lehrten-Lexicon p. 1109.*: ipseque fere in initis *Coburgensis*
Gymnasti, & iam A. 1607., in eodem docuit, *Inspectoris Alumn. &*
Theol. Prof. ornatus axiomate, & Hebraeam simul linguam pro-
fasc. II. lectio-

lectione publica iussus tractare. Biennio post, A. 1609. d. 21. Nou., connubium Coburgi iniiit *Sebaldus* cum Filio Cuius Gothani primarii, *Iobannis Grubhauff*/Filiamque suscepit *Sabinam*, in honoratissimas translata necessitudines *Langerianas*, nuptamque *M. Io. Langero*, Pastori *Westhusano*, de cuius natalibus honestissimis perinde, ac *Familia Langeriana optima*, diligentissime non ita pridem egit *Dn. Seblegelius*, *Initia Reformationis Coburgensis in vita Io. Langeri*, & peculiari persecutus historia. A. 1615. *Sebaldus Superintendentis & Pastoris Heldburgensis* suscepit partes. Obiitque *Vir*, vt est pariter in *Matricula*, *doctissimus & pientissimus*, incunte mense *Februuario* A. 1632.

§. X. Magua etiam cum solitudine & laude *Professorio* munere *Coburgi* perfunctus est *Sebaldus Krugius*. Anno nominatim 1610., quo ipso in *Lectiones* distributi leguntur *Professores*, *Sebaldus* hic *Ebraeus* in *Actis* nominatur, *Theologus*, *Inspector Conuictorii*, *Examinator hebdomadarius*, & *Disputationum priuatarum Procurator*, legiturque in *Lectionibus* *Anni primi Libauiani*, & *ordinatae Casimirianae Scholae*, a *pascate* videlicet A. 1607 vsque ad *Pascha* A. 1608., *Epistolae Paulinae ad Romanos praemisisse prolegomena*, & *explicuisse caput primum*, in *Grammatica Ebraea* partem absoluisse *primam de Orthographia*, in *Collegio autem priuato Theologico Disputationes D. Piscatoris* repetuisse, & *ad disputandum proposuisse*. *Complures Krugius* in *Conuictorio* habuit *Disputationes priuatas in Locis Theologicis*; *Alumnis Dispositiones*, quas vocamus, *propofuit Declamationum*: *typisque impressae nobis innotuerunt Disputationes binae*, 1) *Disp. Theologica de Anti-Christo*, d. 18. Aug. A. 1610. sub *praesidio Sebaldi Krugii* *defensa* ab *Andrea Libauio*, *Filio*, 2) *de Deo vno in essentia & trino in personis*, A.

C. 1611. in *Illustri Gymnasio Casimiriano* habita, sub praefidio *Sebaldi Krugii*, eius *Gymnasii Collegae*.

§. XI. Nec similis in officio *Professorio*, quod Dei & Principis datum habebat concessu & munere, sollicitudo defuit *M. Balthasari Bertschio*, *Poetae Laureato*, & *Mathematico*, inter *Professores Gymnasii primos in Actis* aequae recensito. Procreatus est in hac Vrbe; A. 1606., d. 6. Febr., Jenae, Decano *M. Thoma Sagittario*, Professore; dignitatem Magisterii consecutus est, patriae Scholae iam Collaborator, ut testantur Gratulationes impressae Coburgi per *Casparem Bertschium*, promoti Fratrem: *Professor* iam fuit in dictis *Gymnasii* initiis, & in *Paedagoges* simul Praeceptor: meritis idcirco A. 1610. in illa *Lectio-num* Distributione appellari *Mathematicus*, *Grammaticus*, *Graecus* in *Paedagogio*, & *Rhetor*. Cum, Anno seculi decimi septimi a Christi natiuitate septimo in Octobrem vergente, Cometa caudatus Aquilonem infestaret, magnitudine sua Joui proximus, & calore suo subliuido Saturni faciem exprimens aemulanter, cursu autem velocissimo Libram, Scorpionum, & Sagittarium, perambulare, (*vid. Calvisi, Chronol. ad A. 1607.*), de hoc timendo sidere, & malo belli signo, praeter alios, peculiari diatriba differuit *Bertschius*, inscripta, *Balthasaris Bertschii, Gymnasii Coburgensis Professoris, Beschreibung des Cometen A. 1607.* A. 1612. d. 9. Oct. *Gymnastico* se abdicavit munere, & ad *Scheuerfeldensem* Ecclesiam vocatus, habitaque *Coburgi* concione docimastica d. 17. Mai., nec non ordinatus Dom. XVI. p. F. Tr., insequente Dominica XVIII. p. F. Tr. a Praefule Coburgensi, *Bischoffio*, in *Pastorem* inauguratus est & inuestitus. Anno 1617., & inter ipsa primi Ecclesiae Lutheranae Jubilaei Solennia, in Disputatione *de Decalogo Romano, Respondentio* partes tuitus est

est *Balthasar hic Bertschius, Coburgensium adhuc Mathematicus, & Ecclesiae Schenkerfeldensis Pastor, Poeta Laureatus.* Obiitque fortassis (nam pro certo atque explorato quod habeamus, non suppetit) A. 1631.; & *Coburgi* fortassis; nam tempore illo difficillimo, quo tot direptionis bonorum minae iactabantur, pericula intendebantur, formidines opponebantur,

καὶ ἡ γῆ παρρητῆς θλίψεως ἰδὲ γόου
αἰμυληθῆ μέλας,

locus, quo perfluere Accolae, vnus erat, & portus erat *Coburgum.* *Conf. I. C. Kolbansii Descriptio poetica Obsidionis Coburgi, Civitatis ac totius terrae Coburgiacaе spoliationis, exactionisque hostilis, ed. A. 1633.*

§. XII. Quin ad numerum *Professorum in Matricula* adiunctus legitur *M. Io. Dresserus, Hammelburgensis, Scholae Classicae iam A. 1606. Collega, post eiusdem Rector, & in Paedagogo Praeceptor.* isto necdum ex ordine amouendus, quod *Coetus Paedagogicus* est *Gymnasticus inferior, & Scholae Classicae, Senatoriae & Trivialis, Rector Professoris in Gymnasio extraordinarii* partam etiamnum solet adipisci. Religionis causa solum vertere coactus erat *Dresserus, & patriam, Hammelburgum, oppidum Abbatis Fuldenis ad Salam Franconicam, cum Vrbe nostra commutare.* In Rectura Scholae *Fabro* successerat, supra descripto. Quantumque in *Iuuentutem Gymnasi Paedagogicam, & Classicam Scholae Senatoriae, infumferit laborem, Programmata* eloquitur, in exequiis *Dresseri, mortui mense Martio A. 1624., manu Directoris Meyfarii scriptum, & dignum omnino, quod, vt ne dispereat, his heic descriptum legatur typis:*

ILLVSTRIS GYMNASII CASIMIRIANI

DIRECTOR ET PROFESSORES

Studiosae Iuuentuti in eodem discenti

S. D. P.

Ibitis ergo exequias, Studiosi Iuvenes carissimi, & vltimum honorem Venerabili non ita pridem Seni, Viro Literatissimo, Dn. M. JOHANNI DRESSE-

B 3

RO,

RO, Scholae Senatoriae Rectori, ac Paedagogii nostri quondam Collegae fidelissimo, exhibebitur. Ibitis, & frequentia vestra erga defunctum Praeceptorem observantiam; erga Collegas classicos reverentiam; erga eos, quibus sumus hoc lugubre est, quamvis nobis omnibus sit, condolentiam declarabitis. Amisit nimirum Scholae Rectorem, Urbis propter orthodoxam fidei confessionem exulem, Gymnasium parastatem, Juventutis classica studiorum suorum moderatorem, ac merum formatorem. Vos vero cum amissis, qui olim literarum vestrarum tyrocinia optime exercebat, quique, cum ad Paedagogium descenderatis, religiosis eum votis vos dimittebat, & posteaquam ad Gymnasium transfisset, incolunt aeternam & salutem vestram sanctissimis precibus quotidie DEO commendabat. Qui sane obitus eo majorem nobis incutit, & vobis incutere debet dolorem, quod scivimus, ex ordine Docentium Seniore abuisse, adeoque coronam de capite nostro decidisse: & decidisse eo tempore, quo non ita in proclivi est, homines a pietate in Deum, fidelitate in discipulos, probitate in omnes laudatos, & ab egregia eruditione commendatos, inuadire, eosdemque scholis cum fructu praeficere. Videmus siquidem passim, et cum trito proverbia loquamur, Thyrsiferos multos, paucos Bacchos: nec absque praesentaneo incommodo videmus. Quid vero pie defunctus praestiterit, quos labores sustinuerit, quas curas, quas vigilias, quas molestias subierit, qua industria & constantia omnia superauerit, impraesentiarum loquimur, & posteritas, si qua gratia erit futura, testabitur. Maluit Vir pietissimus in functione sua & decumbere & occumbere, cum eandem bona cum gratia Superiorum, sive in totum, sive in tantum, alteri relinquere potuisset. Qua in parte cum Vespasiano Augusto fecit, qui dicere solitus est, Imperatorem stantem debere mori. Ipse quidem satur annorum e schola classica ad coelestem Academicam commigravit, & procul dubio in Collegio Patriarcharum, Apostolorum, Doctorum, Confessorum, omniumque electorum, viuit: ingens vero sui desiderium superstitibus reliquit.

Caeterum, cum multa in Vos contulerit beneficia & officia, necessum omnino est, ut aliquam saltem gratitudinis partem publica Civitas & Civitas hodie exhibeat: effertur sumus hora duodecima, ideoque ut omnes & singuli, quotquot in Gymnasio & Paedagogio discunt, sumus Praeceptoris sui honeste & modeste comitemini, serio jubemus, & si fas est, rogamus. Quod reliquum est, Deum supplices veneramus, velit in defuncti locum talem virum subrogare, qui vita & exemplo, linguis & artibus, gravitate & humanitate laudabiliter temperata, industria & vigilantia, Scholae, quae Doctore suo orbata est, quam maximum afferat ornamentum & emolumentum. P. P. d. 29. Mart. A. 1624.

§. XIII. Tantum vero abest, ut Doctoris Iohannis Gerhardi, Theologi Belligeratoris aeterna memoria dignissimi, & Professoris quondam ILL. CASIMIRIANI, vitam nunc recenseamus omnem; ut ad Wittenium, Spizelium, Zeumerum, Sonntagium, & Encomiastus Gerhardinos alios, Lectorem ablegemus, Bio-

gra-

graphiam imprimis *Gerhardinam*, quam *Reuerendus Dn. E. R. Fischerus* plenissime edendam meditatur. Adeo non *Scripta Gerhardi* afferimus, quae *Coburgensia* non immerito appellantur, *Locos Communes Theologicos, Meditationes, & alia a Zeuero* recensita, ab Anno autem 1606. vsque ad A. 1616. foras data. *Locos sane Communes Theologicos, Heldburgi* coeptos contexi, *Coburgi* continuauit *Gerhardus*, Tomorumque, *primi & secundi*, Dedicationses vti scriptae sunt *Heldburgo*: ita *Coburgi* Dedicationses *Tomi tertii, & Tomi quarti*, consignatas legimus; & *Meditationes, Jenae A. 1607.* excultas, *Gissaeque, Lipsiae, Francofurti, Amstelodami, & aliis in locis*, saepissime reculas, *Jenae* quidem iamdum contexuerat *Gerhardus, Heldburgi* tamen *Antistes, & Coburgi Professor*, typis curauit exscribi: *mensis nimirum Junio A. 1606. ad επισκοπὴν Heldburgensem*, in vicinia, & vnà *Professionem Theologicam in Gymnasio* nostrati, & ratione mox dicenda, obeundam vocatus, & ex *CASIMIRIANA* idcirco Munificentia *Jenae A. 1606.* renunciatus *Theologiae Doctor*. *Disputationes* solum afferre placet *Gerhardinam & Coburgenses*, ab omnibus omissas haecenus, qui *Vitam & Scriptorum Gerhardinorum* dederunt *Indices, & typis impressas* tamen.

§. XIV. *Namra Io. Gerharo* (qui cum *Directore Libauio, & Superintendens* adhuc *Heldburgensis, Disputationibus in CASIMIRIANO* praesidebat *Theologicis*; qui *Professoris Theologiae primarii in CASIMIRIANO* nactus fuit *axioma: qui menstruas Disputationes Theologicas* habere solebat *Coburgi, & Respondentes* plerumque habuit *Ecclesiae Ministros & Ministerii Candidatos*; qui *raras Disputationes publicas iuxta Locos Theologicos* habuit; qui *suis temporibus Coburgum* venit: qui *A. 1615. Heldburgo Coburgum* translatus est, & *Superintendens* constitutus *Generalis*:

&

Et anno tandem insequente 1616. Coburgo zenam abiit ad Professionem Theologicam, ibidemque ex hac hominum demigravit (vita) innotuerunt Disputationes typis exscriptae & impressae:

- 1) Disp. de Praedestinatione, hab. 8. Id. Jan. 1607. resp. M. Fabiano Voegelio, Churbvisensi, Hermunduro, 2) Aphorismi Theologici, de Scriptura Sig. d. 5. Febr. 1607., resp. M. Io. Wenigerkind, Pastore Ecclesiae Gauerstadiensis, 3) Aphorismi Theologici, de Deo, d. 19. Mart. 1607., resp. M. Wilh. Reinharde Erbarde, Diacono Ecclesiae Vmmerstadiensis, 4) de persona & officio Christi, d. 20. Apr. 1607., resp. Sebaldus Krug, Isenacensis, 5) de Creatione & Angelis, Cal. Jun. 1607., resp. M. Michaele Selt, Diacono Eitsfeldensi, 6) de Providentia Disp. prior d. 3. Aug. A. 1607., resp. M. Augustino Bachmanni Scholae Hilperhusanae Moderatore, 7) de Imagine Dei in homine ante lapsum, d. 3. Mai. 1608., resp. M. Iohanne Fabio, Rodachensi, 8) de lapsu primorum Parentum, & ikum secuta naturae corruptione in posteris propagata, X. Cal. Jun. A. 1688., resp. Zacharia Virnio, Hilperhusa Fr., S. Theol. Studiose, 9) Aphorismi Theol. de Loge d. 13. Sept. 1608., resp. Reinb. Wilb. Ketschenbacher, Cob., 10) de Viribus humanis post lapsum adhuc reliquis, d. 8. Aug. 1608., resp. Paulo Grambsio, Neostadterse ad Ericas, Ecclesiae Lindensis Diacono, 11) de altera deſerinas coelestis parte, videlicet Euangelio, d. 19. Jan. 1609., resp. M. Iohanne Gleichmanno, Ecclesiae Crocauiensis Pastore, 12) de Renouatione Hominis per Christum venatis s. de Bonis operibus d. 31. Jul. 1607., resp. Nicol. Zimmermanni Coburgense, 13) de Sacramentu in genere, d. 12. Sept. 1609., resp. M. Iohanne Wenigerkind, Ministro Verbi in Gauerstati/ 14) de Baptismo d. 9. Nou. 1609., resp. Arnoldo Cünero, Hilperhusano, Alumno Illustri munificentiae gratuito, 15) de Coena Dominica, d. 2. Jan. A. 1610., resp. Ostone Hefmanno, Neapolitano ad Ericas, 16) de Ecclesia, d. 22. Febr. A. 1610., resp. M. Jo. Fabio, Eccl. Lindenautensis Pastore, 17) de Ordine Politico, d. 25. Jun. 1710. resp. Andrea Libaui, Filio, 18) de Coniugio d. 20. Aug. 1710., resp. M. Augustino Bachmanno, V. D. Ministro in Walbur, 19) de quatuor hominis Nouissimis d. 3. Dec. 1610., resp. M. Iustino Gorge.

Pluresimo in Actū Gymnaſti enumeratae sunt, & typis haud dubie exscriptae similiter.

§. XV. Has sed praeterea longa referre mora est. Indicamus potius, Orationem pentecostalem Latinam & solutam de Spiritu S. Genealogico hodie recitaturum esse Georgium Heinrichum Paulum Eiserl/ Ratisbonensem, Studiosum Publicum, qui, ad suscipiendam hanc sacrae materiam tot optimi parentis sui laboribus & Scriptis Genealogicis incitatus sitque, commotus autem praecipue ipso sanctissimo Spiritu S. ad artes & scientias, & nominatim Genealogiam, in sacris literis adiumento, & profectum eder specimen, & sacro officii assump-tatem declarabit, & laudem viam, quam alii tritam reliquerunt, sic recte ingressurus est, VOS proinde, CIVES, cum Commiliti, pie sanctaque Kenia hanc, & alia, veneramini. P. P. Coburgi Fer. I. Pentec. A. MDCCXIX.

L. N. I.

MEMORIARVM CO-
BURGENSIVM

&

FASCICVLI SECVNDI

TERTIA

f.

MEMORIAE
STEPHANI HOERNERI,
JOHANNIS GEILFVSII,
JOHANNIS FABRI,


Ecclesiastae Aulici,

&

PHILIPPI ESCHENBA-
CHII,

PROFESSORVM.





JLL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XVI. Ad alias aliorum Professorum Coburgensium Memorias, & in Fasciculo hoc altero porro perrecluris, e toties dicta Gymnasii Matricula, & huius ordine, Stephanus Hoerner, Johannes Geilfusius, Johannes Faber, Ecclesiastes Aulicus, & Philippus Eschenbach, obversantur, ita jamnuac percensendi iidem, ut, ad rationem rerum Gymnasii explicandam quae perquiri poterunt hactenus, & ad eandem omnino spectant, aperte indicentur Monumenta.

Fasc. II.

§. XVII.

§. XVII. Et de STEPHANO quidem HOERNERO, Doctore, (nam, qui in Matricula Hunc antecedit, & in Indicibus Professorum Philosophiae Coburgensium, Hoenniano & Saurbreyano, His annumeratur, Jodocus Neumannus, Coburgensis, nomen suo ipse obscuritatem videtur attulisse, Praeceptor solum in Paedagogio ab A. 1613. fuit, legiturque abiisse Coburgo, & Pastoris deinceps obiisse munus in quodam Hungariae oppido) accepimus, patriam habuisse *Heldburgum*, oppidum hodie Ducatus *Saxo-Hildburghusani*, nec Virorum eruditorum vnquam sterile, nam *Heldburgenses* etiam fuerunt *Leopoldi* infra obuenturi, & Viri alii doctrina exulsi; *Coburgi*, cum *Doctorem* impetrasset dignitatem, Aduocatum constitutum fuisse Curiae prouincialis A. 1612.; *Professorem Juris* in *JLL. CASIMIRIANO* A. 1613.: *Scabinatus*, quem tunc habuit *Coburgum*, *Assessorem extraordinarium* A. 1628.: morteque extremum confecisse diem eodem anno: quo ipso ineunte qui publicabatur, Lectionum Catalogus *Doctrinam Juridicam* indicabat tradendam a *Petro Andrea Wolfrumio*, & *Josua Maio*, *J. V. Doctoribus*, & *Scabinatus Assessorebus*, nec non ab hoc *Stephano Hoernero*, *I. V. Doctore & Curiae prouincialis Aduocato*. Anno autem ante, die III. Feriarum Natalitiarum, *Orationem* a tempore tunc non alienam in *Gymnasio* declamauit de quaestione, *an & quatenus liceat Magistratui suo in territorio constituere vel mutare religionem, & Subditis quid faciendum sit Reformationis tempore* teste nimirum, quod sermone a Collegio *Casimiriano* scriptum est & prostat, *Programmate inuitatorio*.

§. XVIII. Et qui *Hoernerum* excipit, *M. IOHANNES GEILFVSIVS*, (*Gailfuß* / *Geelfuß*) gente *Cattus*, *Professor Logices & Conuictorii Inspector Coburgum* vocatus introductus-

que est d. II. Jun. 1615., & lectiones suas peculiari, quod typis haberetur impressum, mox intimaui *programme*. Aliquanto post, quam *Coburgum* reliquit, (factum id est A. 1616., & successit *Andreas Frommannus*, tandem *Director*, & in his *Memoriis* pridem exhibitus) *Professor Organi Aristotelici Tubingae* in Illustri EBERHARDINA euasit, & Anno adhuc 1648. *Consulatum* gessit *Academiae*, titulo nempe *Rectoris Magnifici*; nam in *Rectoribus Academiae Tubingensis*, a *primaena eius fundatione*, enumeratis videlicet in *historica Inbilaei secundi Academiae Tubingensis Descriptione*, quae A. 1677. foras data est, locum occupat & *Rektor Academiae centesimus undeuigesimus* perhibetur fuisse hic *M. Iohannes Geilfusius*. *Frater* fortassis fuit, qui *Ecclesiastes* Anno adhuc 1646. erat *Giffensis*, *M. Iustus Geilfusius*.

§. XIX. Fuitque *Professor Theologiae Coburgensis* JOHANNES FABER, alius a *M. Iohanne Fabro*, supra (*Fasc. I. M. I. p. 4.*) nominato *Rectore Coburgensi*, & ab *Hoc* accurate vel hinc disjungendus, quod, *Fabrorum*, & *Scriptorum a Fabricis* editorum, frequentem, & quae noxam non paruam *historiae literariae* affert, *commissionem* passim deprehendi, *Duum Viri* commonstrarunt *multo laudatissimi*, *Dn. Mollerus* in *Homonymos copia*, & *Dn. D. Fabricius* in *sua Clarorum Fabrorum s. Fabriciorum Centuria*. Hic *Iohannes Faber Ecclesiastes Coburgi* fuit *Aulicus*, *Consistorii Ducalis Assessor*, & in *Gymnasio Casimiriano* ab A. 1615., & cum *Sebaldus Krugius Superintendentis Heldburgensis* suscepisset partes, *Theologiae Professor*. Natus erat (quae breuior *vitae*, *mortis* & *laudum*, enarratio ex *Programmate a Directore* & *Professoribus* contexto, nec non *Concione Funebris a Praefule Finckio* ex *Pf. XLII. 6.* habita, transcribitur) d. 21. Dec.

A. 1582. *Patre, Michaele Fabro, Pastore tunc in pago Hilperbusano, Bûrden/& Matre, Elisabetta, Nicolai Lautensacki, Cuius Rodachensis, Filia.* Puer septem annorum Hilperbusum in ludum literarium ablegatus est, & inde A. 1597. *Schleusingam* accessit, praenobile in Comitatu Hennebergico bonarum literarum emporium, in quo cum biennium esset versatus, Coburgum se contulit, audiuitque docentem Agnatum ante dictum, *Jo. Fabrum.* A. 1602. *Jenam* abiit, ubi & A. 1605. Magistri gradum est consequutus; *Iena Wittebergam & Gissam.* carissimus maximae autoritatis Theologis, *Balduino & Menzgero.* Pastor factus est in *Lindenau* A. 1609. Ducalis Ecclesiastes in *Aula CASIMIRIANA* A. 1613. *Martini* nempe *Gnügii* Successor. Matrimonium A. 1610. cum *Amalia, Thomae Centgrauen, Epistolatae in Ermetshausen/ Filia,* pactus est, ex qua duorum Filiorum & totidem Filiarum Pater euasit. Mortuusque est d. 30. Mart. A. 1617., natus annos 34. & menses tres; Theologus sane eximius, qui arduum Ecclesiae Aulici munus usquequaque prudenter & fideliter obiisse dicitur, Disputationes publice in Academiis instituisse, (de binis sub Praesidio *Gerhardino & Coburgi a Fabro* defensis Disputationibus supra *Fasc. II. Mem. II. p. 16.* dictum est) doctissimaque & grauissima scripta in lucem edidisse publicam. Fratrem etiam habuit *Eucharium Fabrum, I. V. D. & Curiae provincialis Saxo-Coburgiacaee Ad-uocatum, Coburgi* mortuum A. 1623; de quo, quia vterque, *Io-hannes & Eucharus, Schleusingae* literis operati sunt, actum etiam est in *Libr. Memor. Gymn. Schleus. Recens. IV. p. 48.*

§. XX. Et *Jobannem Fabrum* in *Matricula & Professorum syllabo Professores* insequuntur, *Meyfartus & Frommannus,* ambo deinceps etiam *Directores,* & idcirco in *Memoriis nostris* iam

cumulatius prolati; insequiturque *Hos* M. PHILIPPVS
ESCHENBACH, ex monumentis, quae in *honestam natiuitatem, vitam laudabiliter actam, & beatam anabysin*, obtigerunt, nunc ad posteritatis memoriam enotandus similiter. *Coburgensis* fuit; Alumnus Illustrissimi PRINCIPIS gratuitus: & d. 4. Apr. A. 1607., natus annos 16., in *Gymnasis* relatus tabulas. A. 1611., Calendis Junii, & Praefide *Libauio*, de *Aeternitate & Natura temporis secularis ex sententia sacrarum literarum, cum qua conferebantur placita Trismegisti Aegyptii, Platonis, & Aristotelis*, defendit Disputationem, a se etiam inscriptam *Io. Eiringio, Ecclesiae Rothusanae Pastori*, suo olim Praeceptorum priuato; Studiorum porro telam in *patria, Iena*que (vbi & a *Brabeuta Heidero, Professore, Magistri laurum* adeptus est) cum detexuisset feliciter, & per semestre quasi (ad 18. Febr. A. 1617.) in *Gymnasio Casimiriano* Professor fuisset publicus, *Abornam* vocatus est *Pastor* & ordinatus *Coburgi* d. 20. Aug. a. e., sed & inde reuocatus *Coburgum* ad *Diaconatum* A. 1620., & mortuus A. 1633. Vidd. *Petri Franci Descriptiones Diaconorum Coburgensium & Pastorum in Aborn.* A. 1618. d. 8. Sept. *Virginem* domum duxit, & *Annam Catharinam, M. Georgii Nigrini, Pastoris in Bingenheim / Filiam*, & neptem *Georgii Nigrini, Theologi Hassiaci*, scriptis polemicis aliisque a *Wittenio & in Gelehrte*. Lexico recensitis inclyti, quo ex matrimonio prodit *Io. Philippus Eschenbach / Archi-Diaconus* demum *Coburgensis*, & *Parens Io. Lucae, Pastoris in Wiesenfeld / nec non Dn. D. Io. Philippi, Aerarii* prouincialis *Coburgi* Curatoris adhuc superstitis. A. 1617., in *Iubilaeo seculari*, & ad *Abornenses* propediem abiturus, in *Gymnasio* Carmen dixit *seculare*, quod supra *Fasc.* I. p. 16. significauimus iamdum; Titulusque est

me-

relectematum, quae typis prostant, *literariorum: Oratiunculae* poeticae M. Philippi Eschenbach, Coburgensis Franci, quarum prior est *introducatoria*, cum ab Illustrissimo Principe Casimiro &c. in illustre Gymnasium Coburg. ad officium Professionis & Inspectionis vocaretur, habita d. 18. Febr. 1617. in Auditorio magno publice; posterior *valedictoria*, cum a strenuissimo &c. Viro, Domino Guilielmo a Streitberg zu Alhorn &c. Equite Fr. legitime vocaretur Abornam ad officium Ecclesiasticum: cui admixta est pro celebratione Jubilaei brevis comparatio inter exitum Israelitarum ex Aegypto & exitum vere Catholicorum ex vinculis & tenebris papalibus hab. d. 15. Nou. ejusd. anni. Prostant etiam *Corciones* ab Eodem editae, in quibus est *gamica*, in nuptiis D. Hugonis, Ecclesiae Aulici, habita. Addatur *Commentatio de Claris in Orbe Literato Noribergensibus*, inchoata a Professore Omeisso, sed non absoluta; qui enim p. 35. describitur, Andreas Christianus Eschenbachius, cum Eschenbachius Coburgensibus cognatione censetur esse coniunctus.

§. XXI. Quo ipso in Professore subsistimus, & telam in medio adhuc opere abrumpentem, *natalitiam Festo hoc sacro natalitio* habendam intimamus *Orat. orem* Quoniam enim & *Fanatici alii*, & *personatus Democritus*, ad perferendas delirationum suarum poenas protractus nuper, de *Christi nativitate interiore*, de *Christo interno & externo*. & de *Christo in nobis*, loquuntur & scriptitant, nosseque juvat *interpretationem Locorum Scripturae* afferri solitorum *Biblicam*, & alteram *Fanaticam*, in *Orationis istius natalitiae* vicem, & ad exacuendos animos, hodie, finitis sacris, *Nativitatem Christi interiore* ex *Scripturis* sistet & tuebitur, differetque de *Christo in nobis* *Biblico & Antibi*lico JO. MICHAEL ANTONIUS, *Salzungensis*, *Studiosus Publicus*, *modestique Auditoris & navi sanctus officio*, *Christus enim*

enim in Nobis Anti-Biblicus articulum principale in fanatica
falsi nominis falsaeque religionis deuotione subministrat, Sonntag
in Vocabulario pseudomystico p. 12. Solliciti sumus, admonente
Diuo Bernhardo, qua ratione & nos Bethlehem Judae esse, &
Christus a nobis suscipi, in nobis nasci possit! Idque proinde
VOS, CIVES TVDIOSI, dabit operam, vt recte audiat, au-
dita cogitationibus, memoria & mente, comprehendatis, com-
prehensa ad vitam transferatis piam, & sancto huic tempori
conuenientissimam! P. P. Coburgi Fer. I. Natiu,
A. MDCCXIX.



L. N. I.
MEMORiarVM COBVR-
GENSIUM

&
FASCICVLI SECVNDI

QVARTA

f.
MEMORIAE
MELCHIORIS **Steinbrück**/
PETRI LEOPOLDI
(**Reipolds**)/

&
J. J. DRACONIS (**Drachs**)/
PROFESSORVM.

ILL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XXII. *Eschenbachium Professore*, cuius Vita nuper in Saluatoris Genethliis nos tenuit occupatos, excipiunt, *Melchior Steinbrück / Petrus Leopoldi (Leipold) / & Jo. Jac. Draco (Drach) / ex Maticulae ordine, & nunc, statuendi ante oculos.*

§. XXIII. Et erat *M. Melchior Steinbrück / vt a puero inspiciamus Ipsum, Thuringus, natus in Grossen-Baner / in Dioecesi Gothana, Patre ὀνομασται, M. Melchiore Steinbrück / Rectore primùm Salzungensi, tum Pastore in Grossen-Baner / Gothaeque tandem Diacono & Archi-Diacono, A. 1616. d. 8. Sept. defuncto, & Matre Anna, Filia Pastoris in Roschitz / Christophori Lindemanni. A. 1614. Gotba, vbi Gymnasii Magistris, Viris laudatissimis, formandum se tradiderat Iuuenis, Jenam, acroasibus interfuturus Academicis, concessit: Jenaeque A. 1616. d. 16. Febr., & Decano M. Michaeli Wolfio, Philosophiae naturalis Professore, lauream consequutus est Magisterialem & philosophicam. A. 1617., d. 4. Sept., Professor*
Fasc. II. Lati.

Latinae & Graecae linguae fiebat, & Alumnorum Inspector, in JLL. Casimiriano, defensa in eodem, & aliquanto ante, sub umbone Praefulis Finckii Disp. de Praedestinatione, in Partem Locorum Communium Theologicorum Finckii inserta, & typis repetita p. 681., introductusque fuit a Directore tunc Gymnasii, Zacharia Schaeffero. Penatibus suis A. 1624. d. 5. Sept. induxit Virginem Dorotheam, natalibus Kempfiam, Archi-Diaconi Gotbani, M. Jo. Kempfii, gnatam. Et cum in annum vsque vndecimum Coburgi functioni iam dictae praefuisset, A. 1629. Superintendententi & Pastori Römbildensi, M. Noae Ottoni, in sparta ephoriae Successor datus, a D. Finckio, Superintendente Generali Coburgensi, ritu Apostolico, d. 3. Apr. ordinatus est ab Hoc, & reliquis Ecclesiae Coburgensis Ministris, eruditae pietatis testimonium accepit typis impressum publicis, & Dominica Misericordias Domini ac Eodem Finckio investitus fuit. Extremum vitae diem Roembildae confecit d. 14. Febr. A. 1632., natus annos XXXVI., & in exequiis honeste deductis contionem funebrem, quae excusa prostat pariter, ex Es. III. vv. 1. 2. 3. 4. 5. prolocutus est Pastor & Adiunctus Hildburghusanus, M. Simon Schnetter.

§. XXIV. Quam excellenti autem animo ac virrute fuerit Steinbruckius, quam probe Coburgi munus suum obierit Gymnasticum, quae spes in Ipso Superintendente nouello fuerit reposita, ex testimonio modo citato, eodemque amplissimo, cognoscitur, nam laudatio haec est Steinbruckii Finckiana grauissima: *Inter Laboratores Operariosque, auspice Deo in Unitate Trino, in Trinitate vno, esse etiam voluit Reuerendus & Clarissimus Vir, Dn. M. MELCHIOR Steinbrück / Gymnasii in chyti Saxo-Coburgiaci per vndecim annos, & quod excurrit, Professor & Inspector laboriosissimus & laudatissimus. Is enim,*

enim, cum ab Illustrissimo ac Celsissimo Principe ac Domino, Domino JOHANNE CASIMIRO, Duce Saxoniae, Juliae, Cliviae, ac Montium, Landgrauio Thuringiae, Marchione Misniae, &c. Domino nostro clementissimo, ad Superintendentiam, ut & ab amplissimo Senatu ad Pastoratum Rbömildensem, legitime, ac nullo, siue ex Dnn. Consistorialibus, siue Senatoribus Rbömildensibus, discrepante, vocatus esset, non superfugit laborem, aut post principia stetit, nec Comoediae sacrae Spectator, sed Actor esse maluit, adeoque imperata promte fecit & libens; Rbömildam abiit, ibique concionem habuit probatoriam de Euangelio ordinario Joh. 8. Ideoque cum literis plenariis ac honestissimis instructionibus, & ad nos remissus esset, concionem itidem habuit eruditissimam ac neruosissimam de versu ultimo Ps. 110, Examini item (licet summa & exquisitissima eius in Theologicis ac Philosophicis eruditio nobis iam ante a multis annis, & vel ex publicis scriptis, variisque concionum, praelectionum, declamationum ac disputationum exercitiis, nota esset) sustinuit per quatuor ferme horas rigorosum, atque in omnibus exercitiis talem sese praestitit, ut dignissimum iudicauerimus, cui facultas docendi in Ecclesia & administrandi Sacramenta tuto committi posset. Et ex Scriptis, quae Finckius effert, publicis innotuerunt, Necessaria Poetica, defuncto W. Heidero Coburgi A. 1627. instituta, & forsars data Coburgi A. 1630., in 4. nec non, Aeneae Peregrinationes, h. e. Libri VI. priores Virgilianae Aeneidos, analysi quam simplicissima, cum in scopum, ut res in iis facilius cognoscerentur, & compositionis convexa felicius queat perspicere, pro artis Poeticae, cuius Virgilius Aquila est, Studiosis elucidati, & in certas siue lectiones, siue sectiones, ita ut singulae singulis horis a Praeceptore, si velit, possint examinando absolui, pro Coburgensi paedagogio digesti Cob. A. 1628. in 12. Vidd. Sagittarii Historia Gotha.

Gothana, edita per Tenzelium, p. 198., *Gelehrten-Lexicon* p. 2175., & *Witte* in *Diarii Biogr. T. I.*, ad A. 1632., vbi de Filio hoc, *Steinbruckio* Professore, agitur, & *T. II.*, ad A. 1616., vbi de *Parente*, *Archi-Diacono Gothano*, sermo est, seque ipsum corrigi *Wittenius*, in *Tom. I. Parentis Scriptis* itidem impertitus Autorem Filium; *Catalogum enim Scriptorum parum accuratum a Wittenio* afferri, obseruauit etiam, & post alios, *Dn. Struuius* in *Introductione ad Notitiam Rei literariae*.

§. XXV. Sed & PETRVS LEOPOLDI, (LEVPOLDVS) qui A. 1587. natus erat, Filiusque fuit *Nicolai Leopoldi*, *Eparchiae Heldburgensis Praefecti*, ex *Coninge priore*, *Margaretha*, *Nicolai Martini*, *Praefecti* pariter *Heldburgensis*, *Filia*, *Professionem Coburgi* accepit procurandam. Ad pietatem enim & mitiora studia educatus, *Coburgi & Gotbae*, (*Gotham* cum *Fratre*, *Casparo*, e *Gymnasio Coburgensi* d. II. Oct. A. 1606. concesserat) & *Jenae*, vbi *Baronem* audiuit, *Caesarem*, *Salaz* & *Fomannum*, ipsi Calendis *Sextilibus*, simul cum dicto *Fratre*, *Casparo*, *Juris Doctor* A. 1615. renunciatus, hocque eodem die nuptias pactus cum *Virgine Barbara*, *Filia Ortolphi Fomanni*, *Jureconsulti & Professoris*, *Advocatus* fiebat *Coburgi* in *provinciali* *Judicio* A. 1618., & *Professor Juris*; prostat enim *programma*, quo in officium *Gymnasticum* immisus est *Leopoldus*, a *Finckio Praesule* contextum, & hac cum *commendatione* d. 24. Jan. A. 1619. sub sigillo valuis affixum publice: *Mensibus superioribus Illustrissimus & Celsissimus Dn. Jo. CASIMIRVS*, *Dux Saxoniae e. r.*, non tantum ad *Advocationem*, *sive* (*si maueis ita loqui*) *Advocaturam in* *Judicio Provinciali*, *sed & ad Professionem Juris publicam in hoc suo Gymnasio fidelius*, hoc est, non semel, sed simul, obeundam, *clementissime* vocauit *Virum Clarissimum & Consultissimum, Dn.*

Petrum Leipoldum, I. V. Doctorem peritissimum, Amicum nostrum dilectissimum, non tantum honesti ac optimi Patris (quod de iunioribus dicebatur Tobiae VII. 7.) sed (quod ex merito additur) honesti ac optimi Patris Filium optimum ac honestissimum, Virum Θεόδοτον, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἀλλων. Assessor etiam Scabinatus euasit A. 1621., & in hoc tandem Senior. Placide Leipoldus exspirauit A. 1636., mortua iam A. 1633., & triennio ante, Coniuge, quae sexies Ipsum Patrem fecerat, unica vero filia Matri superstitabat, Barbara. Conf. Chron. Cob. P. I, pp. 86. 98. 100. & P. II, p. 270. & P. I, p. 58. ubi de D. Casparo Leipoldo agitur, qui vero Professor non fuit, & Zenumerus in Vitt. Proff. Jen. Class. II, p. 80.

§. XXVI. Ante etiam, quam haec Leopoldi Vita derelinquitur, duo adhuc enotanda enumerandaque censemus Puncta:

Alterum, in Designatione Institutionis publicae in Ill. Casimiriano, A. 1619. data foras, Professoribus Juris, D. Stephano Hoernero (qui tunc perrexit in t. de R. I. & de iisdem Disputationes instituit) & D. Petro Leopoldi, (qui in explicandis Institutionibus Juris, adiuncto t. d. V. S. perrexit, coeptasque ex iis Disputationes continuauit) additum reperiri Georgium Mundium, I. V. D., quippe qui de variis Juris materiis, exercendae iuuentutis causa, Disputationes publicas perrexit proponere. Sed peculiari fortassis indulgentia Disputationes habuit Mundius, nec in Indice Hoenniano, nec in Matricula, in Gymnasio Professorum relatus numerum. Prodierunt autem a D. Mundo, Rodacensi, P. L. Caes. & Consiliario intimo, & Ciue antehac Casimiriano, (vid. Chron. Cob. P. I, p. 51. & 55. & P. II, p. 299. 300. 313.) ἀδελφὸν Horatio-Parodiacum,

diacum, cui accessit Eiusdem *Dinae Tragoedia*, Coburgi A. 1622. in 12., & *Responsum Juris amplissimum de Iniuriis, Consistorum & Confessionis Secretorum prodicione, & virarumque legitima poena, ad amici pettum datum, & exscriptum* Coburgi A. 1631. in 4.

Alerum, proflare & offendi in *Actis Disputationem*, Praefide *Petro Leopoldo, I. V. Doctore*, d. 3. Apr. A. 1619. defensam a *Casparo Boppone, Coburgensi*, in scriptamque, *Conclusionum ex communi seu generali Institutionum Imperialium parte desummarum Decas*: & peculiarem in *Prosapiam Leopoldinam* proflare *Tabellam, Stamm- & Taffel* derer *Leipolde*, emissa a *Genealogo Sesferio Ratisbonae A. 1716.*, ex enarratione hac nostra omnino complendam; nam *Petri* solum *Leopoldi* nomen & ortum affert: affert autem *Petri Parentem* ante dictum, (*Nicolaum I. Leopoldi, Praefectum Heldburgensem, & Maritum Margarethae Martinae, Martinaeque Heldsae*) *Auum* (*Balthasarem II. Leopoldi, Pastorem in Rotenbagg*) *Froavum* (*Balthasarem I. Leopoldi, Pastorem in Rotenbagg*) & *Fratres Sororesque, Fratrumque praesertim, D. Caspari Leopoldi, Aduocati Coburgensis, ex Lucretia Heusneria, & Nicolai II. Leopoldi, Praefecti Heldburgensis, ex matrimonio quadruplici, progeniem.*

§. XXVII. Quò maiorem vero dignitatis splendorem obtinuit *IO. IACOBVS DRACO*; quò rectiore spe posteritatis fructuque *IS* fuit ductus: eò plures Viri eruditi in *Memoriam Draconianam* posteritati propagandam suas ingenii contulerunt vires; nam & *Profesor* quidem primùm fuit *Draco*, & euasit tamen *Cancellarius SAXO COBURGICVS & Consiliaris Saenior, Consistori DVCALIS Praefes, & Scabinatus Director, Heros* adeo *in toga, omnibus vitae partibus absolutus perfectusque*: & *Vita Draconis* cum in *Concione funebri* comparet, habita a *D. Tobia Seifario, Theologo & Superintendente Generali*, ex *Sir. IX. 24. 25. & X. vv. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*, & in *programme exequiali*, a *Directore* scripto & *Profesoribus*, tum vero etiam in *Theatro Freberi, Koenigii Bibliotheca, Wittenii Diario Biographico, Chronico Coburgensi Hoenniano, im Gschyren-Lexico*, & in *Vita Io. Langeri, primi Superintendentis Coburgi Evangelici, Schlegeliana*. Nos eo de numero, quae potiora ducuntur, & ad nostras praecipue spectant

Sunt *memorias*, excerpimus, addimusque ad *tanti nominis memoriam*, quibus illa ex *Actis Gymnasii* expleri debebat cumulatius.

§. XXVIII. Quod vero negotium, copiosum plane & locuple, in proxime emittenda *Memoria*, & Deo bene iuuante, tractabitur & conficietur, residuam *plagulae huius* partem sibi exposcente *Orationis Latinae paschalis denunciatione publica*. Habebit *hanc* hodie, finitis Sacris pomeridianis, finitoque pulsu aeris Gymnastici penduli, quod *Auditores* accersit, CHRISTOPHORVS IMMANVEL Kahl, *Graba Salsfeldensis, Juuenis frugi & Studiosus Publicus*. Oratio in *argumento sacro, & paschali*, in *Vindiciis Typi in Iona*, verfabitur, & ex *D. Gotfridi Olearii Observationibus in Matthaeum* aduersus *Spinofam* aequae, ac ex *S. B. epistola*, quae *H. v. d. H. Ionam in Carcharia* examinat, *f. Museo Samaritano, Niveitas in Karkabroterka f. Samaria* c. l. p. Si enim, inquit *S. B. p. 20.*, in libello *Ionae Deus piscem magnum parasse dicitur, qui Prophetam haud morigerum absorberet, isque in visceribus huius ceti tribus diebus & noctibus viuis & incolomis non tantum conseruatus, sed & ex visceribus eius preces fudisse, tandemque, iussu diuino, ex hac mala mansione in aridam expositus perhibetur*; *H. v. d. H. hunc piscem, quem LXX. Interpretes, & nosser Seruator Matth. XII. 40.* ἰδὲ ἰχθῶς nominant, inter *Cetaceorum species Carcharum, i. e. canem marinum, fuisse, ut multi alii, putat: quod ei facile permitteremus, si hunc Carcharum Carcharum sineret, nec in Museum illud Samaritanum transmutaret, & hoc modo totum hoc miraculum in nihilum plane redigeret.* Et VOS, CIVES STUDIOSI, ita *Orationem* audite, *ut Resurrectionem Christi Saluatoris in ipsis Typis* attente & pie meditemini, in *Adae somno, Eductione Noachi, Isaaci immolatione, Iosephi exaltatione, Virga Moysi, Arcae foederis eleuatione, Primitiis frugum, Iosua Reges prosulcante, Gideone, Simone, Elia, Ieremia, Daniele, & inprimis in IONA.* P. P. Coburgi Fer. I, Pasch. A. MDCCXXX,

I. N. I.
MEMORiarVM COBVR-
GENSIVM

&
FASCICVLI SECVNDI
QVINTA

f.
MEMORIAE
JOH. JAC. DRACONIS
(Drachs) /
JOH. CHRISTIANI
SCHERERI,
&
PHILIPPI GVALTHERI
SEIDENBECHERI,
PROFESSORVM.

ILL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR

ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XXIX. IOHANNES IACOBVS DRACO (Drach)/
Vir summis meritis illustribus, posterisque idcirco memo-
randus seculis, & cuius Vitam in Memoria proxima superio-
re indicauimus proponendam, Dei praepotentis beneficio
A. 1595., & die quidem 24. Jun., qui sacer est memoriae Jo-
hannis Baptistae, Lobrae, oppido Comitatus Rineccensis
Franconico, lucem adspexit. Pater celebratur Jo. Georgius
Drach/ Cuius & Negotiator Lobrae spectatissimus, Mater An-
na, Heusneriana stirpe, quae tunc magni in Thuringia erat
nominis; Auis paternus extitit Johannes Drach/ Cuius i-
dem Lobrae & Negotiator, maternus, Matthaeus Heusner, in
Wanderleben: Proauus paternus, Johannes Drach/
Praefectus EL. MOGVNTINI Lobrae: & Abauus, Jo. Ja-
cobus Drach/ Vir magnae in AVLA CAESAREA existimatio-
nis & famae, nam a MAX. I. IMPERATORE Insignia gentis
suae Drachianae ornatiore accepit, & adaucta eiusdem priuile-
gia. Rudimentis pietatis & literarum imbutus est a Rieneck-
Fasc. II. kero,

ckero, Ludimoderatore Lobrae, & dein Erpaci, quorsum Is, propter fidem Euangelicam Lobrae abrogatam, abierat vocatus; Patreque A. 1608. Lobra ob eandem causam digressio, & inter exulandum mortuo, cum Mater ad Fratrem, Sigismundum Heufnerum, tunc Camerae Saxo-Coburgicae Secretarium, infra in his laudandum Memoris, se contulisset, Dracbius Iuuenis in Schola Coburgensi Senatoria & Ill. Casimiriano sic adoleuit, vt anno aetatis decimo nono Jenae in Academiae tabulas meruerit referri, eximium Libauii Directoris nactus testimonium, quod in Orationibus, Carminibus, & Disputationibus, in vniuerso coetu parem non habuerit. Jenae porro & eAltorfi in Iurisprudentiae studio suam cum probasset industrialiam, Jure Consultos sibi conciliauit autoritate validos, & Horum permisso, Ipse Collegia aperuit, nullosque docendo & praesidendo defugit labores. A. 1620., mense Septembri, ad Professionem juris in Illustrissimo Athenaeo Coburgensi obeundam promotus, & anno statim insequenti Basileae Rauracorum summos in Jure Ciuili consecutus honores, a Praesule, semel, iterum, ac tertio dicto, Finckio, d. II. Mai. A. 1621. in munus illud suum solenni ritu immissus fuit, & praeuio peculiari programme Finckiano. Eodem A. 1621. traditam Assessoris extraordinarii in Scabinatu, qui tunc Coburgi erat, suscepit prouinciam; anno insequente, ordinarii, & vna in curia prouinciali Aduocati; A. 1626. in Consiliariorum Senatuum in Cancellaria Saxo-Coburgiaca cooptabatur: A. 1628. Scholarcha fiebat & Gymnasii Inspector: A. 1638. Ordinarius constituebatur in Scabinatu, & Curiae prouincialis Assessor primarius: mortuoque Cancellario Fomanno, A. 1641. Vice-Cancellarii sparta Drasoni offerebatur, mense autem eiusdem anni Octobri in altissimum Reipublicae gradum, quem

Cancellarii vocant, proeectus est. Et de statione hac mortali, ictu correptus apoplectico, decessit d. 25. Apr. A. 1648. elatus est in templum Mauritianum, & in eodem humo iniecta contextus.

§. XXX. Nec, quae sequuntur, occulta habenda sunt aut reponenda in silentio. *Draconi* omnino in laudem etiam vertit, quod contra fortunae impetus fortissime contendit, & pro *Principatu Coburgensi* casus temporum belli tricennalis difficillimorum subiit & turbulentos & periculosos. *Vid. Chron. Cob. P. II. ad A. 1632.* Ob fidem in expediendis officiorum laboribus & dexteritatem ab *ILLVSTRISSIMO PRINCIPE* in *Comitiis & Conuentibus Imperii* varias ad *Legationes* fuit adhibitus, in quibus cum dona Eius passim innotescerent, non tantum ab aliis Imperii Proceribus similes ad functiones certatim expetitus est, sed & multis *privilegiis* nobilitatus, & inter ea A. 1641. in *Comitiis Ratisbonensibus* ab *IMP. FERD. III.* in *Comitem Palatinum* creatus. *Scripta & Disputationes* emisit, de *Jure & Origine Patriciorum*, (editus est Liber hic *Baf. A. 1627. 4.*) de *patria potestate, de Foeminis ad officia publica recipendis, de sumptibus studiorum &c.* Leguntur in *Actis Lectionis Professoris Draconis*; nam Is Anno nominatus, 1622. per semestre aestiuum *Auditoribus suis* interpretatus est ex *Lib. II. Inst. Tit. de Legat., Tit. de ademt. & translat. Legat., Tit. de leg. Falc., Tit. de Fideicom., Haered. & ad S. C. Trebell., Tit. de sing. reb. per fideic. relic., & Tit. de Codicill.* In *Libro III. explicando incepit, & coniunxit tredecim Tit. priores, qui continent Iura Successionis ab intestato & bonorum possessionis.* Proposuit autem huc usque priores duos succedendi ordines, *Liberorum sc. & Parentum: Disputationem publicam habuit vnam, de Tutoribus & Curatoribus.* Scripsit de

DRA-

Dracone Finckius in programmata supra citato: Hic Vir, hic est, quem pietas, modestia, facundia, ingenii vigor, docendi ardor, tolerantia laborum, & reliqua Doctoris publici requisita, non tam agmine quam augmine facto, stipant, amant, vegetant: quique, quod in primis dictum oportuit, in inlyto nostro Casimiriano annos integros sex, & quod excurrit, magna diligentia, non sine laude, & magna nominis existimatione, didicit: Hic, inquam, Vir, hic est! Et Coniugium tandem, cum Ursula, honestis natalibus Virgine, & Filia Danielis Langeri, Consulis Coburgensis, d. 27. Nov. A. 1621. initum, foecundum fuit & fortunatum; nam sustulit ex eadem felicis uteri foemina liberos undecim, Patrique superfuere & superuixerunt, Johannes Jacobus, Juris Doctor, raudus, Eva Susanna, coniux D. J. Christiani Amlingii, Anna Ursula, Vxor D. Jo. Christiani Frommanni, & Sabina Barbara, Marita D. Georgii Heublini, Progeniem autem, quae Draconem Auum honestavit porro, quoniam Dn. Schlegelius citato loco, & hae simul Memoriae jam percensuerunt, prolixiore nunc superfedemus historia.

S. XXXI. Pergimusque explicare *Vitam Jo. Christiani Schereri, Licentiatii & Professoris Juris ab A. 1622., in Gymnasio nimirum, cujus antea civis fuerat, CASIMIRIANO. Genitus erat Coburgi, Parentibus utroque genere egregiis, Volckmaro Scherero, Viro quondam & Jureconsulto vere magnifico, Aulae Saxonicae Coburgensis Cancellario & Consiliario intimo, & Maria, Francisci Burkhardi Junioris Filia, Nepte autem Francisci Burkhardi Senioris, qui apud Serenissimos Principes & Duces Saxoniae, JO. FRIDERICI ELECTORIS Filios, Cancellarii officio summa cum pietatis, prudentiae, iustitiae, moderationis & felicitatis laude functus est. Eua sit etiam Schererus Professor Juris Doctor, Consiliarius & Scabinus;*

binus; Fratrem *εὐνογιήσιον* habuit Io. Georgium Schererum, Iuris itidem *Licentiatum*: ex hominum vita demigravit A. 1636.: & quae A. 1624. typis exscripta est, *Descriptio Lectorum Gymnasii Coburgensis*, Schererianas sic designat: IOHANNES CHRISTIANVS SCHERER, I. V. *Licentiatus & Scabinatus Assessor*, explicauit haecenus materiam homicidii ex tit. ff. C. ad l. Cor. de Sicariis; in eaque 1. de definitione, 2. de diuisionibus egit, ubi de vero & quasi vero, doloso & casuali homicidio, item de parricidio, varias quaestiones tractauit; 3. de poena homicidii simplicis & parricidii: 4. de his, qui homicidium committunt, vel manu propria, vel per alios, ubi de crimine assassinii, & eius poena, nonnulla attulit; 5. de causis, ob quas homicidium vel in totum excusatur, vel saltem poena eius mitigatur. De Patre autem, Cancellario scriptis etiam illustri, & Scholarcha mericissimo, quia in *Orationibus censoriis*, vitam laudis commonstrantes, vitas ante oculos constituimus *Scholarcharum*, & inprimis Schereri, in *peculiari Historiae Coburgensis Gymnasticae parte*, Scholarchas exhibitura, differetur cumulatius, locoque adeo *Viris tantis* honorifico. Conferatur *Dn. B. G. Strunii Vitae Frantzckii Ackerianae de Illustribus Saxoniae Cancellariis scripta Praefatio*, hanc etiam expromens laudationem: *Celebrant adhuc Coburgenses suos Cancellarios, quibus plurimum se debere profitentur. Scriptis clarebat Michael Wirthius; sequebatur Jo. Freundius, Achatius Hulfius, Volckmarus Schererus, Ernestus Fomannus, Jo. Jacobus Draco, qui elegantissimo scripto de origine & jure Patriciorum est clarissimus &c.*

§. XXXII. Et excipit Schererum in *Matricula M. Philippus Gualtherus Seidenbecher / Hammelburgo Francus, natus Patre optimo, Laurentio Seidenbecher / Pastore & Inspectore in Comitatu Rineccensi ac Seniore, & Pastor factus Ecclesiae*

clesiae in Grub A. 1619., ex Pastore Grubensi Diaconus Coburgensis A. 1621., ex Diacono autem Coburgensi A. 1632. Superintendens Eisfeldiae, vbi & A. 1653. tam pie, quam placide, exspirauit. Ipse, quod in *Historiam Libauianam*, in *Memoria* statim prima, primique Fasciculi, coeptam recenseri, inferendum est, Maritus d. 8. Jun. A. 1619. euasit *Virginis Susannae*, a *Directore Libauio* relictæ *Filiae*, cuius *Soror*, natu grandior, & viuo adhuc *Patre*, A. nempe 1612. d. 3. Mart., *Pancreatio Gallo* nupserat, *Philos. & Med. Doctori*, & *Aulæ SAX. ISENACENSIS Medico*. Diaconus constitutus Coburgensis a *Serenissimo Principe* Linguam etiam *Hebraeam* in *ILL. Casimiriano* iussus est profiteri, introductusque *Professor a Praesule Finckio*, & praeuio *Huius programmæ* d. 5. Sept. A. 1632.; Anno etiam 1630. in *Jubileo Gymnastico*, in *recordationem* exhibitæ *Augustanae Confessionis* secularem, publicam habuit *Orationem*: (vid. *Fasc. 1. Mem. IV. p. 28.*) & *Conciones* praeterea nonnullas typis curauit imprimi. Et ex dicta tandem *Coniuge* sua vti procreauit *Coniugem Vicarii Ecclesiae Eisfeldensis*, *M. Io. Nicolai Rebhans* / *Susannam Barbaram*, ita & *Georgium Laurentium Seidenbecher* / *Pastorem Ecclesiae in Unter-Neubrunn* / in *Dioecesi sacra Eisfeldensi*, sed ob *propugnationem Chiliaismi* a *sacro suo amotum officio*; Hic enim A. 1660. sub nomine *Wahrmund Freybergers Chiliaismus sanctum* ediderat, & quod post *mortem eiusdem Amstelodami* A. 1664. exscribi curauit *Adstipulator Seidenbecheri*, *Petrus Serarius*, *Problema Theologicum de Regno Sanctorum in terris millenario*, *Chiliaismam Seidenbecherum* fuisse *commonstrat*, *Defensoremque Regni Christi*, quod adhuc *a Chiliaistis* expectatur, *gloriosi*, & *Seculi Spiritus S.* sed *Chiliaistici*. Videantur in *Historiam* hanc *Seidenbecherianam* & *chiliaisticam*, & *aduersus collaudationem Arnoldinam*,
quam

quam *Serariana* illa, ad *Chiliasmum* inclinans itidem, pepererat, *Dn. D. Cyprian in fernern Proben von G. Arnolds Partheylichkeit pp. 35. seqq. & Dnn. Autores der Unsch. Nachr. A. 1715. pp. 71. seqq.*

§. XXXIII. Comprimetque *Seidenbescherum, & Adstipulatores Chilistas, Assertores Seculi Spiritus S. temerarios, pentecostali sua Oratione juvenis Sediosus opportunus, diligens, & non ineruditus, WOLFGANG MATTHAEVS Gsell, Arzbergensis, dignus idcirco, quem VOS, CIVES STUDIOSI, hodie audiatis, de Spiritu S. dicturum rectius, & ipsi Scripturae convenienter; hanc enim & Ecclesiam tumultuosissime adorti haecenus sunt Pseudo-Prophetae illi, a Theologo Wittenbergensi, D. Neumanno, merito ac iure sic nuncupati in Disputatione ex *Matth. XXIV. 14. Anti-Chilastica. P. P. Coburgi Fer. I. Pentec. A. MDCCXX.**

Ad Fasc. II. Mem. IV. p. 30.

- D. Georgium Mundium Libri etiam sequentes Autorem habent, & his fere decorati titulis:
- Georgii Mundii a Rodach Tr. de Diffamationibus, horumque Remediis, Hanoviae A. 1628. 8.
- Georgii Mundii a Rodach, Jcti, Sacri Caesarei Palatii Comitis &c. Poetae Laureati, Consilarii Electoralis Saxonici &c. de Muneribus & Honoribus, tam personalibus, quam realibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, Tractatus Theorico-Practicus, cui aliquamulta inuictatorum Nobilium & aliorum Privilegia inserta & declarata, Norimb. A. 1645. 4.
- Georgii Mundii von Rodach, Jcti, C. P. C. &c. de Comitibus Palatinis Caesareis, eorumque origine, privilegiis, iuribus, officio &c. Tractatus, Norib. A. 1646. 4.
- Georgii Mundii a Rodach, Jcti, C. P. C., Consilarii quondam Egrani, postea Vice-Cancellarii & Saxo-Coburgo-Isnacensis intimi & Aulici Consilarii, Consiliorum s. Tractatum juris Volumen I. Jenae A. 1654. in fol. Vol. II. ib. & a. e. fol. Vistur in Volumine I. Icon Mundii, cum perigraphe, Georgius Mundius a Rodach, Jctus, Comes Pal. Caes. Vice-Cancellarius & Saxo-Coburgo-Isnacensis Consilarius intimus & Aulicus, aetatis 44. A. 1638., additumque est Symbolum ex Pf. 37. 5. ipse faciet. Supra & infra effigiem vero comparent Eiusdem Insignia.
- Conferantur, Dn. B. G. Struv. in Bibliotheca juris selecta pp. 317. & 545. & Wittenius in Memoria Juris Consultorum, & in memoria nominatim Harprechtiana p. 251.; nam Io. Harprecht, Jcti, Filiam, Agnetem, in matrimonio habuit Jctus Mundius.

I. N. I.
MEMORiarVM COBVR-
GENSIUM

ET
FASCICVLI SECVNDI

SEXTA

f.
MEMORIAE
CONRADI PLEIERI

&
ANDREAE KESLERI
PROFESSORVM.

ILL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELIQVI
S. I. S.

§. XXXIV. CORNELIVS Pleier/ *Professor* proximus in *Ma-
tricula* post *Seidenbecherum*, superiore *Pentecostes* festo & in *fasciculi
secundi Memoria quinta* allatum, *Coburgensis* ortu fuit, liberalibus
in *Athenaeo* patrio operatus erat studiis, & primus in *JLL. CASIMI-
RIANO* *Medicinae* extitit *Professor*; nam *Medicinae* praecepta ante-
hac *Libanius*, at & idem *Director*, tradiderat, & a *Libanii* morte hae
conquieuerat *Lectiones*; *introducitur* est *excunte* mense
Septembri A. MDCXXIII. a *Praefule Doctore Finckio*, qui *Scholarcha-
rum* & suo nomine *programma* tunc scripsit, curauitque *typis* im-
primi. Vix *Professor* constitutus ex patria *Kitzingam* ad *capessen-
dum* ibi *Foliatri* munus demigravit, & *sparram* proinde ab *Ipsa* va-
cuetam *Doctor Eichbornius* accepit *infra* commemorandus, & *in-
troducitur* Anno *insequente* MDCXXIV. *Medicum Criticum Astro-
logum*, *Scriptum*, quod A. MDCXXVIII. foras *Pleierus* dedit, *Joenigius*
in Bibliotheca & *Lindenius* in suo *Scriptorum Medicorum Indice* affe-
runt, *Pleierum Medicum* appellantes & *Mathematicum Coburgo* or-
zum. Tandem, quod vero ex *omni* memoria *euulsam* utique *cu-
pimus*, *religionis* suae *sacra* deseruit, ad *Pontificios* transiit, & in
Apostatarum idcirco *Eruditorum* numerum nunc *inserendus* est,
Fasc. II, quos

quos in binis *Commentationibus historico-literariis* perstrinxit *Bo-
crisius, Professor* quondam *Suinfurtensis*.

§. XXXV. Animis contra nostris acceptissima est **ANDREAE
KESLERI** *Memoria, eademque ipsa, ob prolixiora in Urbem nostram,
Gymnasium, & vniuersam Ecclesiam orthodoxam Merita, prolixior,
Scripta etiam & laudes satis prolixè pridem ab Iis tributas, quos oc-
cupatos tenuit Biographia Kesleriana; monumentis enim publicis
Vitam, Merita, & Laudes Kesleri propagarunt, euoluique idcirco
possunt, Georgius Pfrüscherus, Diaconus Coburgensis & Reuerendi
Ministerii tunc Senior, qui ex cygnea illa Simeonis Cantione, Luc. II.
vv. 29. 30. 31. 32., Concionem habuit funebrem, editam foràs & con-
iunctam cum Epicediis & Prgrammatibus, Coburgensi & Suinfurtensi,*
quo posteriore *Orationem parentalem a M. Andrea Prücknero,
Diacono & Professore, habendam indixit M. Jo. Kufnerus, Professor
& Superintendens Suinfurtensis; Jo. Henricus Hagelganß, Pro-
fessor Coburgensis, qui famam posthumam Kesleri contexit, Oratio-
nemque parentalem a se & Kesleri memoriae habitam typis aequè
curauit imprimi, ac quendam Scriptorum Keslerianorum Syllabum;
Paulus Freberus in Teatro Virorum eruditione clarorum P. I. p. 507.
Theophilus Spizelius in Templo Honoris referato p. 147. seqq., & effigi-
em Kesleri exhibens, & Vitam, & Scriptorum tandem Latinorum &
Germanicorum, nec non ineditorum, ex modo dicti Hagelganßi fama
posthuma, Catalogum; Henning Witte in Memoriis Theologorum p.
557. & breuius in Diarii Biographici T. II. ad A. 1643.; G. Matthias
Koenigius in Bibliotheca vetere & noua: Andreas Caroli in Memo-
rabilibus Historiae Ecclesiasticae T. I. & ad A. 1643. p. 1032.: Dn. M.
Erdmann Uhse in Leben der berühmtesten Kirchen-Dehner
und Scribenten des XVII. Jahr-Hunderts p. 755.: Compen-
dieuses Gelehrten-Lexicon p. 1088.: Historiae nostrae Gymnasio-
rum Scholarumque celebriorum Pars I. p. 67. & in Historia Gymnasti-*

Suinfurtensis, nam in fundamentis huius obstetricatus erat *Keslerus* & *Dn. Reimannus* in der *Einleitung zur Historia Literaria*, suam P. III. p. 80. habens narrationem, sed vel ex *nostra* mox afferenda omnino & facile emendandam.

§. XXVI. Natus nempe erat d. 17. Jul. A. 1595. *Coburgi*, natusque patriam, quae *Prucknero*, in sermone iam citato parentali, Vrbs dicitur, circa quam vites in montibus, horti in conuallibus, prata in planitie, continua fere serie extendantur: hinc aperta ambulanti- bus spatia, ad *Itzam* praecipue, non sine magna animi voluptate visan- tur; Vrbs, cuius magna pars in plano explicata loco, saluberrimis cin- gatur fontibus, visis amplis ac perpetuis diuisa, tam multis ornata domi- bus egregiis, ut ipsa Ornamentum quoddam totius *Franconiae*, vti sit, esse videatur. Parentes fuerunt, *Andreas Kesler* / *Sartor* & *Ciuis Coburgensis* primarius, Mater *Catharina*, *Pauli Schmidts* / *Ciuis & Linteonis* Filia; vnde vero in bis Ipse numeratur *Theologis*, qui ex officina *manuaria* prodierunt, & a *Dn. Feustelio*, Praesule nunc *Grim- mensi*, in *Schediasmate de Eruditorum Germanorum Vitis* leguntur recensiti. Deo & Musis a Parentibus consecrabatur statim; in *Theo- logorum* idcirco ponendus numero, quos ab utero materno con- secratos retulit *M. Samuel Theodorus Schmidius* in *Disputatione huius argumenti Lipsiae* A. MDCCVII. habita. In *Schola patria* tri- niali primum, dein vero in *Illustrissimi CASIMIRIANI* Paedagogio, & tandem in *Publico*, in illud anno aetatis XIV. translatus, in hoc an- no insequente, cum artium & literarum posuisset fundamenta, varia- que in *Oratoria arte*, *Philosophia*, *Theologia* & *Poesi*, sub *Libanio* & *Gerhardo*, edidisset specimina, in *Academiam Jenensem* se contulit, *Magisterii* in eadem obtinuit titulum d. 3. Febr. A. 1619., & inde ad parentes & lares patrios quoties inuisit, oblata hac occasione in lau- dato *CASIMIRIANO* disputandi in *Theologia* & *Orationes styli soluti & ligati* recitandi, breue illud sic contriuit tempus. Anno iam dicto

1619.

1619. Jena *Vitebergam* abiit, Theologos ibi audiuit tunc conspicuos, *Balduinum, Franzium, Meisnerum, Hunnium, & Martinum*, & a *Confessu* horum & *Facultate Theologica* copiam accepit *Collegia* aperienti *Theologica*, fore nimirum ratus, vt *Vitebergae* vitam omnem transigere sibi contingeret: nam & *Adiunctus* euaserat *Philosophiae* d. 18. Oct. A. 1621. A. 1623, cum *Professio* vacaret *Logices* cum *Inspectione Connectorum* in semel iterumque dicto *Athenaeo patrio*, a *SERENISS. PRINCIPE, DN. JO. CASIMIRO, DVCE SAXONIAE, e. r.* legitime vocatus morem gessit ex animo, nec obstantibus splendidis, quae iam alibi oblatae fuerant, muneribus, introductisque fuit a *Directore Meyfarto* d. 5. Dec. eiusdem anni, scripto, excuso & distributo affixoque d. 30. Nov. a. h. hunc in finem inuicatorio *Gravissimorum Scholarum* programme. Post sesquienium, A. 1625. & d. 27. Mart., ad *Pastoratum Eislefeldensem* a *Senatu Eislefeldensi*, a modo dicto *SEREN. PRINCIPE* autem ad *Superintendentis* simul *Eislefeldensis* munus vocabatur. A. 1626. *Isenacum* desideratus est, vt *Praefulis & Superintendentis Generalis* ibi obiret munia. A. 1627. d. 16. Oct. *Jenae* summo in *Theologia* gradu insignitus est, conscripta *Disputatione*, & sub *Praesidio D. Jo. Maioris* d. 17. Aug. a. e. pro *Licentia gradum consequendi* defensa, de *Dictorum Veteris Testamenti in Novo Allegatione*. A. 1630. d. 20. Oct. sponsalia in pago *Walthau* prope *Schleusingam* celebravit, & A. 1631. d. 11. Jan. nuptias *Eislefeldiae*, cum *Virgine lectissima, Hedwig Catharina, Hieronymi Stumpfi, Aerario Hennebergico Praefecti* relicta filia. A. 1632. d. 1. Oct. in *Incendio* illo *Martiali*, quo ipso *Eislefeldia* fere tota deslagrauit, & instructissimam amisit *Bibliothecam*, & omnia fere suppellectilia Ipse deperdidit. Anno insequente & d. 13. Oct. *Suifurtum* a *Senatu Iuchyto* ad *Superintendentis* auocabatur munus, *Auspiciis* eiusdem *Magistratus Amplissimi* *palaestram* ibi instruxit *literariam*, & *Gymnasium nouelli Director* simul con-

stitutus A. 1634. d. 8. Apr., publicis lectionibus & disputationibus idem illud condecoravit. A. 1635. d. 16. Febr. in *Patria Superintendentis Generalis, Scholarchae & Professoris Theologiae Publicae* partem sibi passus est imponi. A. 1636. d. 26. Dec. *Coniugiam* dicta dilectissima fato orbatus est praemature. A. 1638. d. 10. Apr. *alteram* Coniugii sociam ascivit, *Virginem perhonestam, Christophori Walzii, Doctoris & Consilarii SAXO-COBURGICI* filiam unicam, quam, sterilem licet, suis deinceps donavit reculis. A. 1642. d. II. Sept., cum nimirum, post S. S. Trinitatis Festum Dominica quarta & decima, in Templo Mauritiano verba ad populum funderet, sinistrum suum latus paralyti adeo sensit tactum, vt aegre admodum spiritum duceret, aut pedibus consisteret; animamque, paroxysmo epileptico infestatus iterum, d. 15. Maj. & Anno 1643. exhalauit, annos quater denos cum octonis ferme viuendo emensus, *Symbolo* vsus est, *Sit serpentinus oculus in columbino corde, Matth. X, 16,*

§. XXXVII. Quam vero in *Biographiam Keslerianam* quoniam inferi non potuerunt *Laudationes* a *Viris* concinnatae laudatissimis & praetermittendae haudquaquam, in *hoc* adhuc *temerate*, & vt eo rectius excellens *Kesleri* praestantia possit intelligi, nonnullas constituemus ante oculos.

Et scripsit quidem Praeful *Finckius* in supra citato, quo cum *Ill. Casimiriani* Studioſis philosophari iubebatur *Keslerus*, programme inuicatorio: *In Illustri ad Albim Academia ita haecenus vixit M. Andreas Keslerus, vt sua diligentia, pietate, & modestia, omnium favorem sibi conciliarit, & praecipuus eius Academiae Professor Theologus vix credat, vllum unquam fuisse Collegii Philosophici Adiunctum, qui plures habuisset disputationes publicas & priuatas, ac ipse.*

Hoc *Andreas Caroli* Memorabilibus Ecclesiasticis seculi a nato Christo decimi septimi, & ad A. 1643., ex *Micraelio Kesleri* indidit

dit praconium: Eodem anno (1643.) factis etiam concessit Andreas Kesslerus, D. Theol., Superintendens primum Eisfeldensis, deinde Coburgensis, Francus; Philosophus ac Theologus acutus, variis eruditisque Scriptis, e. g. de Bello Ubiquitistico contra Forerum, Methodo Haereticos conuertendi, Logica, Physica & Metaphysica, contra Photinianos, Theologia Casuum Conscientiae, Ipsius cum primis temporis accommodata, diaeta item, prudentia, poenitentia, patientia Christiana, commendatissimus.

Sequentes in programme Directoris & Professorum ILL. Casimiriani funebri Kessleri tributae leguntur Laudes: Ecclesiae Antistes religiosissimus, Doctor Theologiae celeberrimus, Superintendens Generalis conscientiosissimus, orthodoxae Religionis Propugnator acerrimus, Exercitiorum Theologorum Praeses acutissimus, cuius in controversiis Theologicis cognitio exquisita, in praesentia prudentia accurata, in casibus conscientiae occurrentibus consilia saluberrima, pietas & integritas in vita exemplaris, dotes denique naturae & ingenii eximiae labanti Ecclesiae & afflictæ patriæ solatio fuerunt, praematura morte e medio tollitur.

Adauxit laudes commendatione peculiari Prücknerus in Oratione sua parentali: O te felicem Coburgam, quae talem promeruisse habere Superintendentem, Scholarcham, Professorem! Scholarcham, qui, cum ad interitum vergeret Conuictorium, non voluntatem tantum habuit suffulcendi, sed voluptatem. Cum ergo non ignoraret, hoc Seculum mare quoddam esse, quo mortalium vita quasi cymba vehitur imbecilla, eò quidem periculosius, quò amplioribus oneratur mercibus; merces suppetiarum ex sua deoneravit nauis minus firma, ut ipsas in anhelos coniceret Alumnos, eosque fame pressos refocillaret.

Et Kießnerus tandem in pariter dicto praefamine laudem Kesslerianam his suis verbis non dubitauit persequi: Nostis, qui in sacra historia non esis Hospites, quis, qualis, quantus Abner? respectu

Cor-

Cordati Theologi, Kesleri Nostri, Nullus. Et maximus Davidi, cecidisse videtur? mihi non ita malus inter pessimos Abner; inter Bonos Optimus, inter Eruditos doctissimus, mitissimus inter tranquillos, candidissimus inter sinceros, inter cordatos animosissimus, pius inter religiosissimus videtur Keslerus.

§. XXXVIII. Nos autem, quae de KESLERO remanent, ad aliud differentes tempus & programma, *Orationem* nunc intimamus natalitiam. Pronunciabit hanc *Juuenis Studiosus non improbus, & Gymnasi excultus doctrinis, Pancratius Conradus Kühn/Schwarzbaco ad Salam oriundus, τῶ καὶ ἀφ' ἀλέουσαν,* & suos in Actu publico laudabiliter exprompturus profectus, *χρησιγνωσίῳ* tradet ex *Libris Apocryphis, & VOS, CIVES STUDIOSI,* de pietate commonebit natalitia, attento idcirco audiendus animo.

P. P. Fer, I, Nativ, A, MDCCXX.



I. N. f.
MEMORiarVM CO-
BURGENSIVM
ET
FASCICVLI SECVNDI
SEPTIMA
f.
MEMORIA CONTIN-
ATA
ANDREAE KESLERI
PROFESSORIS.

JLL. CASIMIRIANI
COBURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XXXIX. *Cornelii Pleieri, & Andreae Kesleri, Professorum quondam Coburgensium, Vitas, Hujusque Commendationes peculiares, in Memoria proxima superiore elocuti, ad ea, quae de Keslero remanere voluimus, & in hanc dilata sunt Memoriam septimam, nunc aggredimur; ad Pleerianam illam biographiam adhuc, & in initio dicendi, addentes, Titulo modo nominatae memoriae sextae Conradi ex improviso interuenisse nomen, cum Pleiero nomen fuerit Cornelius; Ipsique Patrem contigisse fortassis Petrum Pleierum, Diaconum Coburgensem, mortuum A. MDCXVI., Fratrem autem M. Marcum Bonauenturam Pleierum, qui A. MDCXXXI. strenam sacram, s. Psalmum LXV. cum explicatione curauit imprimi, & A. MDCXL., strenae itidem sacrae loco, Testamentum Dauidicum 2. Sam. XXIII. 1.*

§. XL. *Ab A. enim Keslero Scripta, de quibus nunc inprimis differendum est, cum pio & erudito Orbe communicata sunt sequentia, & sic in hanc a nobis inferenda plagulam, vt secundum annos editionis & formam, methodoque supra in his Memoribus accepta, percenseantur, & Syllabus caeteris hactenus contextis habeatur ordinatio. Prodierunt autem ab Eodem*
Fasc. II. A. 1618.

- A. 1621. *Considerationes Philosophiae Photinianae, s. Principiorum Philosophicorum Photinianorum Pars prima, Principia Logica complectens, Disputationibus XIII. in Alma Wittebergensi Academia proposita, Witteb. 4.*
- A. 1623. *Oratio (quae valedictoria Wittebergensis fuit) de Metodo Articulis fidei pertrahendi, Witteb. 4. It. Oratio (quae Auspicatoria Coburgensis fuit) de Judicio Logico formando & confirmando, Witteb. 4. It. Tractatus de Consequentiâ, Witteb. 8.*
- A. 1624. *Quadrige Discursuum Theologicò-Philosophicorum Witteb. 4. It. Lutherisch Franckenthal, Witt. 8. It. Canonum Topicorum, pro Usu eorum in materiâ, imprimis Theologicâ, demonstrando, Exercitationes s. Dissp. in Ill. Casimirano Coburgi institutae, Cob. 4. It. Exercitationes naturalitiae II. s. Dissp. ex Nuntio Angelico Luc. II. vv. 10. et 12. Cob. 4.*
- * *Libera Vallis Lutherana (Lutherisch Franckenthal) Scriptum est polemicum, oppositum a Kesslero Obstreçatori & Aduersario acerrimo, Simoni Schreinero, Priori in Cosmòbio Langheimis & Autori des Pâßit. Franckenthalis.*
- A. 1625. *Epiphaniae Dominicae Historia, philologica, philosophice, scholastice, Theologicae explicata, Exercitationes s. Dissp. IV. Cob. 4.*
- * *quae historia recusa est in 12. P. Witteb. A. 1626.*
- A. 1626. *Prot. Evangelium Scholastice & Theologice explicatum ex Gen. III. 15. Cob. 8.*
- A. 1627. *Diaeta Christiana, s. Treuherzige Anweisung, sich bey geistl. Seelen-Gesundheit im wahren Christenthum zum ewigen Leben zu erbauen, Cob. 12. It. Dissertatio Theologica de Dictorum Veteris Testamenti in Nouo allegatione, sub Praesidio D. Jo. Maioris, & pro Licentia consequendi summum in Theologia gradum, Jenae d. 17. Aug. ad disputandum proposita.*
- * *Recusa est haec Kessleri Dissertatio Inauguralis in Dissertationum philologicarum de Stylo N. T. Syntagmate, a Jacobo Rbenferdo collecta.*
- A. 1629. *Prudentia Christiana, oder Treuherzige Anweisung wie sich fromme & Evangelische Christen bey diesem betrübten Zustand der Kirchen in ihrem Christenthum verhalten sollen, Cob. 12. It. Solida ac modesta Responsio*

*Bello Vbiquistico Laurentii Foreri Jesuitae opposita, in qua
rum Ecclesiarum Evangelicarum circa omnipraesentiae Chri-
sti doctrinam concordia contra accusationes Pontificiae asserit-
ur, tum multiplex in Papam circa gravissimos fidei articulos
discordia demonstratur, ad peculiare Mandatum DN. JO.
GEORGII, Sax. Elect. e. r. Jen. 8.*

* Postquam enim Laurentius Forerus, Lololita ac Papae Theologiae
Professor in Academia Dillingensi, libellum in publicum e-
miserat, sub nomine Belli Lutheranorum Vbiqui-
stici, quo virulentus ipse Lololae filius, non sine dentato ri-
su, Ecclesiae Lutheranae fidei unitatem, perque negatam u-
nitatem, ipsam veritatem abiudicavit, Et hoc anno 1629.
(non A. 1620., quorum tamen retulit Abbas Caroli in Me-
morabilibus Ecclesiasticis Seculi XVII., bis etiam in Anna-
libus dictis & sic verbis) D. Andreas Keslerus, Coburgo-Fran-
cus, t. r. Ecclesiasticus ac Superintendentens Eüsfeldensis, tam
Philosophus, quam Theologus acutus, refutationis loco alium
libellum opposuit eiusdem tituli, de Bello Vbiquistico contra
Forerum, quo Sycophantam dignis excepit modis, & Ec-
clesias Evangelicas in fundamentalibus fidei Articulis opti-
me consentientes ab iniuria masculae vindicavit. Conf. Hi-
storiae nostrae Vniuersalis P. I. p. 615., ubi de Synodo Theo-
logorum Lipsiensis A. 1628. habita disseritur, & de hac Keslero
tunc tradita prouincia. Et in Epistola Feuerbornii ad
Keslerum, ex MS. ab honoratissimo Domino Collega nestro,
Licentato & Professore I. C. Schöbarzio, in Monumentis
Ingeniorum p. 17. edita, extat, dictum Feurbornium, Theo-
logum, istius Libri Jesuitici refutationem concepisse animo,
merito autem a proposito desituisse, simul atque, Keslerola-
borem fuisse commissum, inaudierit.

A. 1630. Lutherthum, von Lutheri Kirchen-Reformation, wie
auch von seiner und der Lutheraner Lehr und Leben,
Cob. 8. St. Pabsthum, von der Papiſten Ursprung,
Lehr und Leben, Cob. 8. St. Patientia Christiana, Cob.
8. St. Breuis Consideratio Scripi, quod Jesuita, Laurentius
Forerus, contra Pupillae Evangelicae defensionem superiore
anno edidit, sub Titulo, Überschlag über den Augapffel
derer, die sich Ewangeliſch nennen, sub auspicio Sacro-
Sanctae Trinitatis, in Iubilaeo Augustanae Confessionis ad di-
sputandum die integro 1. Jul. in Auditorio Theologico Coburgi,
Respondente, M. Martino Seelmanno, Pastore Lauterano, ho-
ris

ris pomeridiana, & M. Iohanne Beier, Diacono Neostadiensis, horis pomeridianis, proposita, Cob. 4.

* Accessit nemp in eundem finem (quem habebat Dillingae vulgatum Scriptum, sub Titulo, Pacis Compositio, & ad demonstrandum, Beneficio Pacificationis Passauensis Ecclesias Lutheranas excidisse) Foreri, Loiolitae Dillingensis notissimi & Academiae Cancellarii Überschlag über den Starenfächtigen und von den Sächsischen Praedicanen übel gehaltenen Lugapffel deren/ die sich Evangelisch nennen/ 1c. Ebt. quae nuper pro Pupilla Ecclesiarum orthodoxarum in Imperio Romano, i. e. pro Augustana Confessione, & eius Professoribus, contra criminationes ac mendacia Pontificiorum Saxonici Theologi in medium protulerant, exhibenda, eneruanda, prosteruenda & conculcanda, virulentissimo praesumpsit animo; sed ita vicissim exceptus est, Et gloriandi materiam inuenit plane nullam, nec, voti se comitem factum, iactare potuerit. Abbas Caroli in Memorab. Histor. Eccl. ad A. 1629. & T. I. pp. 730. 731. Add. Magnif. Dn. D. Pippingii Historisch-Theologische Einleitung zu den sämtlichen gewöhnlichen Symbolischen Schrifften der Evangelisch-Lutherischen Kirchen/ oder Anhang zu dem neu heraus gegebenen deutschen Evangelischen Concordien-Buche pp. 158. 159. 160.

A. 1631. Examen Logicae Photimianae, Witteb. 8. rep. A. 1642. A. 1656. & A. 1671. It. Examen Physicae Photimianae, Erf. 8.

A. 1632. Poenitentia Christiana, oder Theologischer Bericht von Buß-Predigten, Cob. 12.

A. 1635. Discursus Theologicus, de carnali senescenti mundi securitate, s. Disputatio, Respondente Maximiliano Fabro, Bedbeimensi Fr., olim in ditione Suinfurtana Pastore, Cob. 4.

A. 1636. Explicatio Membri prioris Rom. IV. 25., Iesu traditus propter peccata nostra, s. Disputatio Theologica, Cob. 4. It. Explicatio membri posterioris Rom. IV. 25. Iesu resuscitatus propter iustificationem nostram, s. Disputatio Theologica Cob. 4. It. Tres in coelo de Christo Testes, s. Explicatio Disti 1. Job. V. 7. respondente M. Casp. Lützelberger, Streiffsdorfsensium Pastore designato, Cob. 4. It. Sacrum Exequiale Vxoris Hedwigis Catharinae, Cob. 4.

* Quae Hedwigis Catharina cum obiisset A. 1636., biennio post Kesslerus alteram coniugii sociam ascinit Virginem perhonestam, Catharinam Lucretiam, quam Amalia Cornaria pepererat, Christophori Palzii, Dilectoris & Consiliarii SA-

XO. COBURGICI filiam Ericam, nuptam deinde Doctori Seldio. Haec appendicula expletur supra in hoc fasciculo II, p. 8. & p. 46. adornata narratio.

- A. 1637. Disputatio de quaestione, an dogma de Canone Sacrae Scripturae sit Articulus fidei necessarius, praeter & extra Scripturam ex Verbo non scripto credendus? respondente Paulo Lunglano, Hilperbusano Fr., Scholae patriae Collega, Cob. 4.
- A. 1638. Disputatio de temporali Christi natiuitate, Cob. 4. It. Disputatio de Iuda Proditore, primae Coenae sacrae Hospite, Cob. 4. It. Litaniam Lutherana, ab accusationibus Pontificii vindicata, resp. Iohanne Elstino, Ecclesiae Simauiensis Pastore, Cob. 4. It. Litaniam Lutherana brevissime explicata, Resp. Georgio Fabro, Heldburgensi, S. Theol. Studioso, Cob. 4.
- A. 1639. Methodus disputandi, edita a Io. Paulo Felwingero, Professore Altdorfino, Norimb. 8. & Altdorf. A. 1669. 8.
- A. 1640. Scholia, quibus prophetiam Ezechielis in Bibliis ERNESTI-NIS s. Vinariensibus illustravit.

* In Societate enim Theologorum, qui ad illustranda Biblia, auspiciis SERENISSIMI SAXONIAE DVCIS, ERNESTI PII, adhibiti sunt, Keslerus fuit, qui ipse Scholia etiam, a M. Schroedero, Pastore Erfurtensi, in Libros Iudith, Sapientiae, & Tobiae, scripta emendasse & ordinasse perhibetur. Annoque hoc 1640. prima in lucem emissae est Editio Bibliorum illorum Lutheri, quae auspiciis dicti pientissimi PRINCIPIS per Theologos illustrata sunt breuius, sed scitibus & perspicuis notis, editaque Norimbergae, & pluribus ex eo tempore vicibus repetita. Conf. de Nominibus Theologorum, qui in explanandis Bibliis his Vinariensibus suam collocarunt operam, Dn. M. E. M. Eyringii, Adjuncti & Pastoris nunc Rodachensis Historia ERNESTI PII, Dn. Pockeroedi in Notitia Societ. Liter. p. 80, Unschild. Brachy. A. 1704. p. 400, sq. A. 1708. p. 103, sq. & A. 1714. p. 553. sequ., Dn. D. Jo. Fabricius in Historia Bibliothecae suae p. 31. Tenzelius in Monatl. Unterr. A. 1639. p. 815. & D. Mayerus in Dissertationibus selectis Kiloniensibus p. 429. sequ.

- A. 1641. Eliae Ascensio in Coelum ex 2. Reg. II. 11. & 12. repetita, explicata, & ad placidam sententiarum collationem proposita, Disputatio Theologica, Cob. 4.

† Libri caeteri, vernaculo concinnati idiomate & a supra iam allegato Spizelio recensiti, impressique Coburgi, sunt: Manuale Christianum de Regula fidei, J. Christi. Handbüchlein von der Glaub

Glaubens-Regul/in 12., *Hodegeticum Evangelicum*, f. Evangelischer Wegweiser in 12., *Papisti. Disputat.* Kunst wider Schreinerum, in 12., *Catechismus Patientiae*, in 12., *Caricula Christiana* in 12., *Methodus conuertendi Haereticos*, f. von der Kezer Bekehrung/in 8., *Bellum Christi & Papae*, in 8., *Bellum Petri & Papae*, in 8., & *Theologia Casuum Conscientiae*, *hodierno cum primis tempore accommodata*, *VViteb.* 1658, in 4., quod Opus posthumum Editor D. *Seldius* in praefatione Supplementum vocauit omnium *Scriptorum*, quae hac in materia lucem viderunt. Pertinentque huc *Orationes* quaedam *Genae & Coburgi publice habitae*, nec non *Conciones*, & ex his *Coburgische Erb-Huldigungs Predigt/habita d. 18. Mart. A. 1640.* & *Cygnae D. Andreae Kesleri Cantio*, f. *Schwanen-Gesang* in 2. *Predigten/ex Ef. XXXVIII. 1.* da Er zwar die erste / wie wohl mit ziemlicher Schwachheit / publice noch gehalten / die andre *concipirt* / aber / erfolgten *Lodds halber* / nicht hat halten können / *Cob. 1643. 4.*

† Huc imo pertinent *Hymni*, a *Keslero Praesule* confecti, *Als* Job der fromme *ic.* *In* Todt gedenc *ic.* Das alte Jahr vergangen ist, was wiltu mir *ic.* Es kan mir *GDr* genädig seyn *ic.* Gleichwie ein Schifflein *ic.* *H*err *IEsu* *Christ*, du weiff gar wohl, das ich gern wollte *ic.* Kein Mensch, kein Stand, kein Ort, kein Zeit *ic.* Mein lieber *GDr*, du hast gesagt *ic.* Mein liebe *Seel* verzage nicht *ic.* Mitten ich im leben bin mit *Feinden* umfangen *ic.* & Keinen hat *GDr* *ic.* quem postremum, per capita versus *Nomen* exhibentem *Catharinae*, & *Vxorum Kesleri*, qui *Keslero* suo auferant iudicio, nisi ex *Ipsius Hymnophilis*, a *M. Jo. Dilligero*, *Diacono Coburgensi*, in praefamine ad *Musicae Christianae Treutschelii* valedictoriam celebrata, aut ex *Vitae Keslerianae Curriculo*, ad *Concionem funebrem* addito, deque *Obtreclatoribus Kesleri* conquerente grauiter, possunt redargui, hoc certe argumento conuincuntur, quod per *Viduae Keslerianae*, suam deinceps *Coniugem*, *Kesleri Haeresis*, *D. Seldius*, & in sacro *Antistitis* munere *Successor*, & vti *Praesul Coburgensis*, ita *Cantionalium Coburgentium* *Censor*, *Hymnum* eundem illum *Kesleri* *nomen* prae se ferre, & a *Typographo* toties praemitti, passus est.

§. XII. *Syllabus* vero *Scriptorum caeterorum Kesleri*, sed nondum *editorum*, qui ex *Hagelgansii* fama posthuma a *Spizelio* in *Templum honoris* in-

inertus est, ita non minus exhibetur ordinatio & integrior. Relicta enim & typis non exscripta ab Eodem deserta sunt:

1. Exegetis Catechismi minoria D. Lutheri, in quo vero duo saltem praeserta ab- solvit, nova methodo & singulari diligentia adornata, 2. Volumen variarum Orationum, 3. Schediasmata Poetica, 4. Christliche Buß- Übung der göttlichen Verfündigung des Untergangs Sodoma und Gomorra ex cap. 18. Gen. 5. Auslegung der Sonntag's und Fest-Evangelien in unterschiedlichen Jahren / 6. Commentarius ab- solutus in prophetam Jonam, Latine, 7. Commentarius perfectissimus in c. LIII. Esaiæ Latine, 8. Tract. Theol. Photinianus oppositus, in quo agitur de Magistratu Politico, de Bellis, & de Juramentis, Latine, 9. Institutiones Logicae, quondam in Illustri Casimiriano praelectas, 10. Augustiana Confessio per quaestiones explicata, 11. Commentarius ab- solutissimus in Ps. XXII. Latine, 12. Heptalogus, sive septem verba Christi in cruce prolata, Latine, 13. Commentarius absolutissimus in Ps. LI. Latine, 14. Desiderium Christianum Ecclesie V. T. ex Ps. XLV. v. 8. Latine, 15. Christliche Predigt über Prov. XV III. v. 10. 16. Pas- sions-Predigten gehalten A. 1626. / Postilla Prophetica, in qua Hi- storicae V. T. cum Evangelii Dominicis convenientes explicantur, Germanice, 18. Teutscher HeldenKlag ex 2. Sam. 1. 25. 26. 27. 19. Tr. de Papisimo fugiendo, 20. Nucleus Theologiae Evangelicae ex Joh. III. 16. 21. Ausführ. Tr. über das Buch Esrae, gepredigt A. 1636. 22. Dispositio Tract. de Rationali Theologia, 23. Betrachtung des menschlichen Glends in 7. Predigten ex C. I. Jobi, 24. Der Predi- ger Salomon in Predigten vollkommen erklärt / 25. Ecclesiastes, Phi- losophice, Philosophice & Theologic explicatus, Latine, 26. Historia Theologiae ab Orbe condito usque ad V. seculum Christi, praelecta in Gymnasio Casimiriano, 27. Explicationes Evangeliorum Dominicorum ac festivalium, duabus partibus studiosissime elaboratae, Latine, 28. a- liquot Dissertiva festivalia, in Gymnasio Casimiriano Theologic, Logice, Philologic, & per quaestiones illustrata, & 29. Polit. Photiniana.

† De Theologia Casuum Conscientiae iam supra actum est. Kes- leri ad Io. Ern. Gerhardum epistolas, in Bibliotheca DVCALIGO- thana quae adservantur, in Catalogo Codicum Manuscriptorum Bi- bliothecae Gothanae notavit summe Rev. Dn. D. Cyprian. Et in Monumentis Ingeniorum, itidem allegatis, ex MSS. Epistolas ad Keslerum communicare cepit honoratissimus Dominus Collega & Professor, L. Io. Conradus Schwarzius.

§. XLII. Fineque Biographiae Keslerianae imposito, finis ipsi imponitur praefamini, & Oratio indicatur paschalis, sacra, & heraldica. Pronunciabit hanc hodie studiosus Publicus, JOHANNES GOTTFRED CERNOWICZ/ Coburgensis, Civis modestus, obsequens, assiduus, & idcirco rebus bene sine studio. Oratio Leonem mysticum, Christum resuscitatum, aggreditur describendum, & quo Insignia Nummi, & Sigilla videntur & abutuntur, Titulum, Vicit Leo de Tribu Juda, ad usus sacros & paschales excutiet. VOS, CIVES TVDIOSI, affidete, & audite attentissime. P. P. Fer. I. Pasch. A. MDCCXXI.

L. N. F.

MEMORiarVM CO-
BURGENSIVM

&

FASCICVLI SECVNDI

OCTAVA

f.

MEMORIAE

IOHANNIS *ESCHOM*

&

IOHANNIS SPINDLERI,
PROFESSORVM.

JLL. CASIMIRIANI
COBURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XLIII. *Andream Keslerum, in Memoriis Fasciculi secundi bini, sexta & septima, exhibitum, JOHANNES Eichhorn insequitur, Philosophiae & Medicinae Doctor, Poliater Coburgensis, & in JLL. CASIMIRIANO Professor Publicus. Idem ipse Eichhornius autem patriam habuit Urbem in ora Hennebergiae, Eisfeldam, vel ob Praesules suos, Doctorem Nicolaum Kindium, D. Iustum Ionam, Doctorem Simonem Musacum, & modo dictum Doctorem Andr. Keslerum, toto dudum Orbe notissimam, Fratremque fortassis M. Nicolaum Eichhorn / Ecclesiasten Coburgensem, centum abhinc annis denatum, & natum iridem Eisfeldiae, Coburgi Ienaeque literis operatus, Ienae Magister creatus aequae est ac Doctor in Arte Medica, Coburgi vero constitutus Fascic. II.*

Pro-

Professor Medicus & introductus à Praesule Finckio d. III. Dec. A. MDCXXIV., scripto ab Hos & illum in finem programmate, & affixo d. XXVIII. Nov. ejusdem Anni; Lectiones, ut eActa testantur, publice habuit anthropologicas, Opera tractavit Anatomica, & Exercitia per aetatem instituit Botanica, suaque adeo fidelitate Iuuenum Studioforum satisfecit desideriis, & ex hac hominum vita demigravit A. MDCXXVIII.

§. XLIV. Et D. Iohannem Eichhorn ex toties dicta Matrícula, hujusq; non minus ordine probatissimo, JOHANNES insequitur SPINDLERVS, in cujus bio-bibliographia. prostant, non solum Concio funebris typis impressa, a Diacono Aedis Mauritianae, Job. Scharffio, ex Job. V. 24. & in modo dicto Temple oppidano habita, annexam sibi habens eucharistiam ad Exequiatores, quam Parentationem vocamus, Wolfgangi Hanibalis Cremeri, & scriptum a Directore Professoribusque ILL. Casimiriani Programma funebre: sed & narratiunculae, in Bibliotheca Koenigiana, in Diario biographico Witteniano, binisque hujus Tomis, & im Gelehrten-Lexico, obviae: quippe qui Libri Viros eruditos, eosdemque scriptis praesertim claros, summam sistunt, longius autem alios & patiuntur & volunt procedere.

§. XLV. SPINDLERVS nempe, de studiosa juventute Coburgensi ultra octo lustra praeclare meritis & Logicus celeberrimus, natus erat A. MDC. die IX. Augusti Coburgi, honesto loco, patre Iohanne Spindlero, Cive, matre Elisabetha Röchin; qui, cum in re admodum tenui essent, obstinate operam dedere, ut thesaurum, regis praestantiorum divitiis, & nullis furum, vermiumque, nec ipsius coeli injuriis expositum, pietatis, virtutis & doctrinae opes, ipsius concrederent animo: integrum igitur novennium in Schola triuiiali, & literis, quibus haec actas erudiri solet, impendit; in Gymnasii illustrissimi Paeda-

gogio postea exegit biennium, & multis Commilitonibus palmam praeripuit: & publico tandem adscriptus ordini, *Directore celeberrimo D. Libauis*, ampliora subinde in studiis fecit spatia, bis, non sine laude, *Respondentis* vices publice obiit, altera *disputatione Theologica contra Lucium Calvinianum Basileensem*, Praeside *M. Meyfarto*, altera *Philosophica de Proprio*, sub Praesidio *M. Frommanni*, habita; iactisque rectissimis in *Gymnasio patrio fundamētis, Wittebergam* in *Academiam* abiit. SPINDLERVS *Wittebergae* in *sinum Academiae* d. X. Maj. A. MDCXX, receptus, vires animi varijs corroborauit exercitijs, in quibus diligentiae eminet *specimen*, sub praesidio *Andrae Kesleri*, *Logicam Antiphotinianam* tunc *Wittebergae* adornantis, (vid. supra citata *Memoria* hujus *Fasciculi secundi septima* p. 51.) editum; & in *Academiam Jenensem* Anno post delatus, in *disputantium* denuo *arenam publice* descendit, occasionem solenni exercitio praebente *M. Arnaldo Mengerling*, qui, pro *Loco* in *Amplissima Facultate Philosophica* obtinendo, de *Summo Bono Practico* disputaturus, *Spindlero* prae reliquis *Respondentis* detulit partes: quo sane *eximio specimine* cum omnibus *eruditionem* suam maxime approbasset, *Magnifico Cancellario Wurcefsi, Dn. Eliae Rudolph* innotuit, qui *filiorum informationi Academicae* Ipsum praefecit, SPINDLERVS ad *Professionem Logicam* in *JLL, CASIMIRIANO patrio* obeundam vocatus, d. 24. Jul. A. MDCXXV, a *Dir. Meyfarto* solenni ritu, & praeuio, quod *typis impressum* est, *programme* introducebatur, in *locum* nimirum *Kesleri* modo dicti, *Sympatriotae sui*, qui *Coburgo Eisfeldam*, *Superintendentis* ibi *munus* capefiturus, abierat. SPINDLERVS *geminum* contraxit *matrimonium*; alterum d. XVI. Oct. A. MDCXXXVII, cum *Virgine Catbarina*, *Filia Wilhelmi Ferrichen/ex Scotia oriundi*, *Cuiusque*

Co-

Coburgensis & Negotiatoris nominatissimi; alterum, Coniuge priore A. MDCXLV., & anno ante, mortua, cum Anna Elisabetha, Vidua Nic. Chilian, Notarii Publ. & Secretarii Coburgensis. & ex matrimonio priore Ipsi superuixerunt tres Filii, (in his fuit Fridericus Gregorius Spindlerus, Ecclesiae, quae Christo in Gleich an der Wiesen coligitur, Pastor, in disputatione Seldiana Coburgensi A. 1665. Respondens) Filia, Nepotes & Neptes. Et SPINDLERVS tandem diem suum placide profus obiit die XIV. Octobris A. MDCLXVII. cum septimum & sexagesimum aetatis exegisset annum.

§. XLVI. Ad Coburgensem imo Dignitatem perinde, ac Spindlerianam, quia Commendationes pertinent in programmatibus jam citatis Coburgensibus, iisdemque publico nomine scriptis, ante oculos obuerfantes, has hoc adhuc in imemate, quod Indiculum simul exhibeat Scriptorum Spindlerianorum, expromississe iuuerit. Legitur enim

in programmate, quo in spartam Spindlerus immisus est Coburgensem, & Coburgensis ipse Coburgensi, Keslero, iubebatur succedere; Eant nunc Parentes genuini, aut, si ita laxiori significato nominare licet, naturales, gaudeant de suis Successoribus, nos de nostris! Considerent felicitatem Casimiriani nostratis, praeserent suae, quandoquidem ambabus, quod dicitur, deprehendunt, in eo vix alterum esse docentem, qui ibidem non antea fuerit discens! Dicant, felicitatem istam, quam praedicamus, non esse tantam, quantum opinemur; obtendant, satius, ac ex usu simul ac re magis fuisse retentum Keslerum; Nihil moramur! Etenim vel hic (Spindlerus), quod circa inuidiam & praesudicium dicimus, Vir est, qui talentum concreditum non abscondet, vestigia Antecessoris, qui ipse non obiit, sed abiit, non a Casi-

*miriano nostro discessit, sed secessit, premet, illudque ageat
vnicuique, ut Dei gloria domi forisque clarescat, ut Ecclesiae ac
Reipublicae salus crescat, Casimirianum nostrum contra
inimicos defendatur, & gratia ei reddatur, e. s. p. Legi-
turque*

*in programme funebri: Spartam sibi demandatam (Spind-
lerus) magna cum laude exornauit, & quantum in Logicae
studio praeprimis valeret, non tantum variis publicis dis-
putationibus, sed & peculiaris Logicae Systematis editione
erudito Orbi abunde satis testatum fecit. Praeterea Phy-
sicam, Philosophiam Practicam, & tandem Linguas Orien-
tales, diuersis temporibus, Superiorum iussu, publice docere,
in quadam voluptatis animi parte posuit. Estque*

*Indiculus hic Scriptorum, in memoria subsecutura fortassis, &
si Deus vitam prorogauerit, compariturus integrior,
A Spindlero enim prodierunt Specimina & Meletemata:
1) Disp. de Proprio, defensa Coburgi sub Prof. Frommanno
A. 1619., 2) Disp. Theol. aduersus M. Lucium, Organi A-
ristotelici apud Basileenses Professorem, defensa itidem Co-
burgi & sub praesidio Prof. Meyfarti A. 1619. Vidd. Fasc. I.
Mem. IV. & VI. pp. 26. & pp. 38. 3) Disp. supra citata sub
Mengerlingio defensa A. 1620. 4) Disp. de Enunciatione expo-
nibili, edita ab Ipso Logices & Linguarum Orientalium Pro-
fessore, habitaque Coburgi A. 1647. 5) Disp. de Suppositione
A. 1648. 6) Dispp. duae de tribus Antepraedicamentorum
definitionibus, duabus diuisionibus & duabus Regulis ante-
praedicamentalibus, Anno eod. 7) Horologium Chaldaic-
um, Methodo Schickardiana adornatum, editumque Co-
burgi A. 1653. 4. 8) Systema Logicum &c.*

* Chal-

* Chaldaicum Horologium in septem distribuit Exercitationes publicas & Gymnasticas, quas cum VII. Respondentibus, Studiosis Gymnastii publicis, in minore Athenaei Acroaterio defendit; indicavitque in praefatione, in usum ac emolumentum Auditorum suorum, & eadem methodo, se adornasse *Horologium Syriacum*, publici non minus juris faciendum. Et ipsum hoc Horologium Spindleri Chaldaicum cum Studiosi quidam III. Gymnastii nostratis sibi praelegi & explicari maxime optarent, & a *Wölffingio* hoc officium peterent, neque vlla tamen exemplaria superessent amplius, ut suis sex Auditores sumptibus imprimi dictum Horologium curarent, & in eo disputando se exercerent, annuit facile dictus Spindleri Successor, M. Jo. Wölffing / Ill. Collegii Saxo-Coburgici Linguar. Oriental. nec non Matheseos Prof. P. & Paedagogiarcha: prodiitque sic nova Horologii Chaldaici Spindleriani Editio Coburgi A. 1668. in 8. Addidit Wittenius in Diario Horologii, Chaldaico & Syriaco, Horologium Arabicum Spindlerianum. Et de Oratione, a Spindlero in Jubilaeo A. MDCXXX. declamata, dictum est Fasc. I. Mem. IV. p. 28.

§. XLVI. Hocque ipsum de Eichbornio & Spindlero, professoribus Coburgensibus, praefamen more pristino concludentes, *Orationem sacram, solennem & pentecostalem* intinamus, habendam hodie a Cive nostro & Studio Publico, ANDREA EYSEBIO RMANEX / Coburgense, tuene, vi sibi insita, eximia & praestante, suaque laudabili industria, amplissimam porro non falsuro expectationem, perbaque indicamus Eundem facturum hoc Spiritus
S. Fe-

*S. Fesfo in Dogma processionis Spiritus S. a Patre & Filio, magnum Ec-
 clesiae Moschouiticae cum Romana Vnionis, quam RVSSORVM IMPE-
 RATORI magno cum verborum splendore non ita pridem commenda-
 runt Doctores quidam Sorbonici, Obstaculum, & eodem illo Obstaculi
 nomine a venerando Buddeo meritissimò appellatum in sua ad ista
 racis consilia epicristi. Vos vero, CIVES STVDIOSI, Commili-
 tonem audite, & in ea inprimis, quae IS VOS ductu dicti sublimi-
 oris & sanctissimi dogmatis monebit, vestros defigite animos!*

P. P. Coburgi Fer. I. Pentec. A. MDCCXXI,



r. n. j.

MEMORiarVM COBVR-
GENSIUM

&

FASCICVLI SECVNDI

NONA,

f.

MEMORIAE
ANDREAE PETRI

WESSELI,

JOSVAE MAIL,

&

CASPARIS FINCKII,
PROFESSORVM.

ILL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELI-
QVI
S. I. S.

§. XLVII. Quin *Matricula SPINDLERVM*, in *Memoria octaua* exhibitum, insequuntur *Professores*, sunt, ANDREAS PETRVS *WOLFFRUM* / *Doctor, Scabinatus Assessor & Professor Juris Publicus*, JOSVA MAIVS, *Juris itidem Doctor & Professor, Assessor Scabinatus, & Curiae Prouincialis Aduocatus Ordinarius*, & D. CASPAR FINCKIUS, *Superintendens Generalis*, nunc proferendi & in *Memoria hac nona*.

§. XLVIII. Genuit A. MDXC. Virum *magno in multis rebus qui esset usui*, ANDREAM PETRVM *WOLFFRUM* / *Koenigsberga Franconica, Vrbs Herbipolensi territorio tere vndique cincta, & Vinarienti olim Ducatui ob vini prouentum attributa, nunc HILDBVRG-HVSANAE ditionis, & Virorum eruditorum semper teracissima. Gradu in studiis Philosophiae & Juris ingressus est plenissimo in Academia, Jenensi Thuringorum, Argentorateni Triboccorum, & Basleensi Rauracorum, nam has studiorum illorum capessendorum & per texendorum causa petierat: In alienis & remotis Galliae, Italiae,*
Fasc. II. &

& Belgii locis peregrinatus, pileo ornari meruit *Doctorali*. Coburgi A. MDCXXVI. in *Scabinatu* siebat *Assessor*, & anno eodem in *JLL. Casimiriano Professor Juris*, immisus in hoc suum munus a *D. Caspare Finckio, Praefule*, qui suo & *Scholarcharum* nomine *Programma* scripsit, typis id curavit imprimi, & documentum sacrae *Introductionis* ceremoniae, d. 20. *Octobr. a. e.* confectae, ad nos perferri. A. MDCXXVIII. *Consiliarius* euasit in *Regimine* *DVCALIS*, & A. MDCXXXIII. *JLL. Consistorii* simul *Assessor*. Ex hac autem *lachrymarum* valle ad coelica tempe translatus est d. 9. *Aug. A. MDCL.* Conferantur, *Freherus in Theatro Virorum eruditione clarorum, Gelehrten-Lexicon* p. 253I, ubi de *Vito* etiam agitur *Wolffrumio*, *Superintendente* olim *Zwickauensi spectatissimo*, & *Andreae Petri* fortassis *Agnato*, nec non *Dn. Consiliarius Hönnius* in *Chronico Coburgensi* p. 1. pp. 59. 64., & p. II. aliquoties in magna *Wolffrumii* in *Vrbem* & *Principatum Coburgensem* *Officia*, vel potius *Merita*, in *hosticis* etiam *incurssionibus*, & illo armorum impetu, praestita, copiose & verissime edifferens.

§. XLIX. JOSVA autem MAIVS A. MDXCV. natus erat & materni vteri cancellis egressus *Roembildae*, *Vrbe* militaribus pressuris anno in primis *Maii* emortuali MDCXLI. exercitatissima, Paterque ibi fuit *Johannes May/ Senator*, Mater *Anna*, foemina e familia *Dämingin*. In *schola patria*, & cum a. 1609. tota fere *Roembilda* deflagrasset, institutione *Scholastica* idcirco suspensa, sub disciplina priuata *M. Jacobi Rosenfeld/ Pastoris in Milß/ Schleusingae* in *Gymnasio* (cum *Fratre, Jo. Majo*, *Medicinae Doctore* & *Physico* primum in *patria*, dein *Coburgi ordinario*, atque per annos *L.* *practico felicissimo*) & tandem *Jenae*, & *Argentorati*, studiis, quae ad *humanitatem* pertinent, & ipsis *sublimioribus*, ita inuigilauit, ita agitauit ingenium, vt *Basilae* in *Academia Heluetiorum* *privilegia Doctoris* in *Jure* cum laude impetrauerit. Rediit hinc in *patriam*, ad suscipiendum *causarum patrocinium Coburgum* venit, vacante loco in *Scabinatu* in numerum *Scabinorum Ordinariorum* cooptatus & vnâ pro-

ffor Juris in Illustri Athenaeo Casimiriano designatus fuit A. MDCXXVII, quo, uti ex Pl. LXXVIII. expressit praeful Finckius in programmate ad d. 1. Febr. susceptam Introductionem inuitatorio, sic suspirabat Germania, Es stehe Gott auff/Daß alle seine Feind De zerstreu Vet VVerDen: extraordinarius in scabinatu Assessor jam biennio ante constitutus erat, & aliquanto post Curiae etiam provincialis euasit Aduocatus, Matrimonium contraxit & nuptias publice celebrauit Roembildae d. 25, Febr. A. MDCXXIII. cum leetissima tunc temporis Virgine, Anna Catharina, Da. Sigismundi Hensneri, Camerae quondam DVCALIS Coburgi Secretarii & Consiliarii intimi, relicta Filia, Parensque factus est octo liberorum, quatuor autem sibi superstuum. Omnibus charus in programmate funebri, sed manu solum scripto, perhibetur fuisse & acceptus, pietatis amantiissimus, & iustitiae propagator acerrimus. Mortuusque est d. 18. Dec. Anno iam indicato MDCXLI. Offenduntur in Actis Disputationes Eius binae: 1) de Contractus Locationis Conductionis tum principiis, tum Ulationibus principalioribus, habita mense Oct. A. 1628., & respondente Jo. Casparo Unrath/Schoenania-Hennebergico, 2) ex Jure publico Ecclesiastico, de rotelae Pontificis Romani, ventilata d. 27. Jul. A. 1633, resp. Jo. Arnoldi, Hilperbusano Franco, Conferantur, Chronicon Coburgense pp. 59. & 100., Libri memorialis ILL. Gymnasii Saxo-Hennebergici, Vitae illorum, qui Schleusingae, inde ab ortu Gymnasii, studiis liberalibus operati sunt, summatim exhibentis, Recensio XI. pp. 139. & 140., & Gelehrten-Lexicon p. 2176., quod Lucam Maium simul exhibet, Rectorem primum Hilperbusanum, & tandem ex Superintendente Hallensi, quod toto, capite Caluinianis contra Ubiquitatem annueret, Ecclesiasten Casselensem; Lucas hic Roembildae pariter natus erat, cognationeque haud dubie coniunctus Iohanni & Iesuae.

§. L. Et Wollfrumium Maiumque FINCKIUS excipit, Fringilla illa Franconica, quae multos annos melita cum suauitate Coburgi ad Issum ita cantauit, ut in exteris etiam oris, ad varias ripas ac littora, & sonus eius, & vox, & sensus auditus fuerit atque acceptus.

§. LI.

§. LL. CASPAR FINCKIVS, *Sacro sanctae Theologiae Doctor, Superintendens Generalis SAXO-COBVRGICVS, Illustrisq. CASIMIRIANI Professor & Scholarcha, Philosophus & Theologus per vniversam Germaniam celeberrimus, Gissae Cattorum* in lucem hanc editus erat Anno salutis restauratae supra mille, quingentes, septuagesimo octavo, die Octobris decimo nono, Parentibus, *Balthasare Finckio, Ciue & Lanifico, & Anna, illis quidem tenuioris fortunae, & status humilioris, sed piis & integris.* In *Schola patria* salutari pietatis lacte, literarum rudimentis, & ex pecunia, per cantiunculas ostiatim collecta, nutritus est, & *Marpurgi* poro in *Schola*, inter famulandum nempe & paedagogiam, eo prouectus, vt *Academiae Marpurgensis* fieri potuerit Ciuis, (*Gissae* enim *Athenae* nondum apertae erant) adoleueritque feliciter, stipendio adiutus *Gissensi* senatorio; nam Anno Seculi illius decimi sexti nonagesimo octavo *Baccalaureus* creari meruit, anno sequente *Magister*, & ab eo tempore, per integrum quindecim annorum decursum, in arena partim philosophica, partim Theologica, discendo, docendo, disputando, & se & sibi commissos maximo cum fructu, maxima cum laude, exercuit, DEQ. media sensim offerente & afferente rem bene gerendi in Academicac vitae stadio. In numerum etenim *Stipendiariorum maiorum* a SERENISSIMO Patriae PATRE recipiebatur *Finckius*; *Correctionis & paedagogiae* officio a *Typographo* de re literaria optime merito, *Paulo Egenolpho*, admouebatur *Finckius*, *Huius* etiam *filiam* accepit in matrimonium; & sub initio *Gymnasi Gissensis Logices, Physices, Metaphysices & Rhetorices* professio, Officium in super *Praesidis* in omnibus *Disputationibus philosophicis*, oblatum commendatumque fuit *Finckio*. Impetratis a SACRA CAESAREA MAIESTATE privilegiis, cum *Academia Gissena Hassiaca* constituta esset, *Logices & Metaphysices Professor*, ac *philosophicarum Disputationum Praefes publicus* declaratus fuit *Finckius*. In locum *Theologiae Professoris & Ecclesiae, D. Ieremiae Victoris*, A. MDCIX. sufficiebatur; A. MDCXL. ita iubente & Munificentiae suae specimen eden.

te dicto SERENISSIMO PATRE PATRIAE, *Sacrae Theologiae Doctor* renunciabatur: & Anno tandem MDCXVI. a SERENISSIMO DVCE SAXONIAE, JOH. CASIRO, *Coburgum pastor, Superintendens Generalis, Assessor Consistorii, Scholarcha & professor Gymnasii*, vocabatur clementissime. Denatusque est VIR de Ecclesia & Gymnasio nostrati meritissimus, d. 25. Jun. A. MDCXXXI.

§. LI. Et Caspar Finckius in Viros *polygraphos* referri meretur. Nam monumenta eruditionis suae complura prodidit, & *Libros* edidit, a *Keslero*, (in Parentatione) *Frebero*, (in Theatro supra allegato) *Koenigio*, (in Bibliotheca vetere & noua) *Wittenio*, (in *Memoriis Theologorum & Diario Biographico*) *Vhsenio*, (in *Libro, Leben der berühmtesten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. Jahrhunderts*) & *Gelehrten-Lexico*, vna cum *Vita Finckii* enarratos. Nec vero nos *his* prolixè recensendis immoramur. Potius, quod in *Gerhardinis* Scriptis factum est, quae *Scripta Finckiana Coburgensia* appellari possunt, quae ex *Actis* innotuerunt *Gymnasticis*, quae ab aliis non acque enarrata sunt, & desiderantur tamen enarrari a *Biographis* belle curiosis, secundum *annorum seriem* enarramus solum.

§. LII. Viam proinde praeceunte *Keslero*,

Scripta haec Finckii sunt Philosophica: 1. Grammatica Latina, 2. Compendium Grammaticae Latinae, 3. Poetica Latina, 4. Oratio Panegyrica in Baccalaureorum, itemque in Magistrorum promotione, 5. Poemata varia, 6. Exercitationes Academicae, 7. Schediasmatum partes tres, 8. Disputationes de Analogia contra *Goclenium*, 9. Prodromus modestae responsionis contra *Goclenium*, 10. Apologia Schediasmatum contra *Gurberletum*, II. *Hyperaspistes* pro abstergendis calumniis *Neomarpurgensium*, 12. *Io-ularis* Apologia pro bono nomine contra *Jonam Melideum*, 13. *Theaurus Logicus* de syllogismo, 14. Exercitationes *Metaphysicae*, 15. *Tractatio Spharica*,

scri-

Scripta haec Finckii sunt Theologica Latina: 1. Disputatio de nomine Jesu, 2. de Cantico Simeonis, 3. de Canonibus aliquot Scripturae sacrae, 4. Clavis Scripturae, 5. Synopsi Locorum Theologicorum, 6. quatuor Centuriae Canonum Theologicorum, 7. Tractatus de Monachis, 8. Tractatus de Baptismo, 9. Disputationes Catecheticae in Decalogum, & Symbolum Apostolicum, 10. Explicatio Psalmorum, 11. Oratio inauguralis, de quaestione, an Lutherus unquam ad partes Cinglianorum decesserit? 12. Tractatio de Coena Domini, 13. Meditationes in passionem Christi, 14. Compendium Theologiae super Augustanam Confessionem, & 15. Sylloges quaestionum illustrium Theologicarum Sectiones tres.

Et Scripta haec Finckii sunt Theologica Germanica: 1. Lutherus redivivus, 2. Duae partes Concionum funebrium, 3. Quatuor partes Postillae Ecclesiasticae & Academicae, 4. Postilla festivals, 5. Tres partes Postillae Locorum communium, 6. Exercitia varia, 7. Catechismus Lutheri, 8. Libellus Cantionum, 9. Vademecum, 10. Oratorium & Itinerarium Christianorum, 11. Centuriae Legendorum rapisticorum, 12. Mendacia Judaica refutata, 13. Ars vivendi & moriendi, 14. Conciones de Sacra Coena, 15. De Baptismo, 16. De extremo Judicio, Vita aeterna, morte & Inferno, 17. Pugna Jacobi, 18. Explicatio Orationis Dominicae, 19. Regulae vitae Christianae, 20. Horae Canonicae, 21. Mysterium unionis personalis.

§. LIII, *Actis* autem praecipue *Gymnasticis* commonstrantibus, haec *Scripta Finckiana* sunt, & praecipue *Gymnastica*, editaque

A. 1616. 1) *Salve Coburgicum*, oder 3. herz- und lehrhafte Anzugs- und Anfangs-Predigten in Coburg/ 4. 2) *Disputationes sex in Positiones Theologicas de Deo & Theologia*

gia

gia, R. M. Andrea Frommann/ Cob. Fr., de Essentia Dei & Atributis, R. Andrea Kefler/ Cob. Fr., de Scriptura S., R. Philippo Gualthero Seidenbecher/ Hammelb. Fr., de Ecclesia, R. Jo. Eichhorn/ Eisfeld, Fr., de providentia, R. M. Jo. Matthaeo Meyfart/ Waltersbusa Thur, Fac. Phil. Sen. Adj., & de Angelis, R. M. Philippo Eschenbach/ Cob. Fr.

A. 1617. 1) Decalogus Romanus in Jubilaeo Lutherano propositus in 4. 2) Jubilus propheticus & foeticus in Jubilaeo affixus, in 4. 3) Diss. iubilaea de legitima Ministrorum Ecclesiae, & in specie Lutheri vocatione, R. M. Wolffango Latermann/ Pastore in Gellershausen/in 4. 4) Tr. de Monachis, contra Belarminum, ed. Ienae in 4., 5) Psalmi Davidici Compendium, s. Psalmi primi explicatio, R. M. Io. Crausero, Scholae Eisfeld, Cantore, quae recusa est Ienae A. 1618., 6) sex Disputationes in positiones Theologicas, de Homine, R. Io. Freytag/ Cob. Fr., de Anima, R. Jo. Stamberger/ Sebalcou, Fr., de Imagine Dei in Homine, R. M. Jo. Crausero, scholae Eisfeld. Rectore, de Libero Arbitrio, R. Melchiore Weiglero, Cantore Hilperbusano, de peccato, R. Jo. Hoffmann/ Heldburg. Fr., & de praedestinatione, R. M. Melchiore Steinbrück/ Gottha Thur.

A. 1618. 1) Quatuor Dissp. in positiones Theologicas de Iustificacione, R. M. Andrea Kefler/ Cob. Fr., de Bonis Operibus, R. Jo. Rauffmann/ Zeilensf., de Christo, R. Georgio Eisenwüner/ Cob. Fr., & de Vnione personali, R. Jo. Wagnero, Hilperbusano.

§. LIV. At vero sistit inhibetque calamum, reliqua Finckii scripta Coburgensia persecuturum, & hanc non minus confecturum seriem, numerus eorundem & multitudo, in angustum plagulae vnus non concludenda locum. Indicamus ergo potius, quod indicandum praecipue est, a Iuvene studioso bonae frugis & honesto, CASP. FRIDERICO AMER/ hildburghusano, & stipendii stambergeriani Haer. de. Orationem hodie habitum iri in scalam Jacobaeam, illustrem Incarnationis Jesu Christi figuram. Vestrarum partium est, CIVES STUDIOSI, comparere, Commilitem, animi liberalibus studiis perpolitum specimen edentem, audire, & pietatem adungere natalitiam!

P. P. Coburgi Fer. I. Natiu. A. MDCCXXI.

I. N. J.
MEMORiarVM CO-
BURGENSIVM
&
FASCICVLI SECVNDI
DECIMA,
MEMORIA CONTIN-
ATA
CASPARIS FINCKII
PROFESSORIS.

JLL. CASIMIRIANICO.
 BVRGIACI
 DIRECTOR
 PROFESSORES RELIQVI
 S. I. S.

§. LV. Quae nimirum in Memoria proxima superiore nona secun-
 dum annorum seriem enarrare coepimus Casparis Finckii, Doctoris
 Theologi, Praefulis & Professoris Scripta, Coburgensi praecipue, & Gy-
 mnastica, eodem illo jam accepto commemorare pergimus ordine. A
 Finckio enim porro prodierunt, &

A. 1619. 1) Psalmus II. Commentario illustratus, Resp. M. Jo. Lan-
 gero, Streusf. Fr. 2) Psalmus III. Commentario illustratus,
 R. M. Jo. Mauritio Kohlhanß / Neobl. ad Er. Fr. 3) Psalmus
 IV. Commentario illustratus, R. Jacobo Arnoldi, Roda-
 tens. 4) Psalmi IV. Pars II. & III. R. Etia Navarhard/
 Heldburg. 5) XII. Dissp. in Positiones Theologicas, de Com-
 municatione Idiomaticum, R. Leone Hoffmann / Rodac., de
 Officio Christi, R. Nicolao Wirsing / Cantore Hilperh., de Sta-
 tu Eximantionis & Exaltationis, R. Jo. Kasmann / Cob., de
 Sacramentis in genere, R. M. Martino Seelmann / Neostad.,
 de Baptismo, R. Arnoldo Rüner / Diacono Neostad., de Coe-
 na Domini, R. M. Melch. Weiglero, Diacono Hilperbus., de Ec-
 cllesia, R. Martino Brandenburg / Teutlebio-Tbur., de Preca-
 tione, R. M. Jo. Langero, Streusf. de Poenitentia, R. M. Nicolao
 Kreuchaus / Eisfeld. Fr. de Magistratu, R. M. Paulo Stöf-
 sel / Cob., de Conjugio, R. Georg. Haubenschmied / Rodach.,
 Fasc. II. & de

Et de quatuor Nouissimis, R. Jo. Zinzerling, Sonnebornens, Thuringo.

A. 1620. 1) *Decuria Quaestionum Theologicarum practicarum Sacramentalium, Resp. Jo. Cbiliani, Trapstad.* 2) *Repetitio Loci de Peccatis eorumque causis ex Ps. V., R. Jo. Heinr. Sebuncio, Scholae Rodacensis Doctore.* 3) *Enneas Qu. Theol. ex Ps. VII. & VIII. R. M. Casp. Freyburgi Röm. bild.* 4) *hendecae Quaestionum Theol. ex Ps. IX., R. Mauritio Gleichmann/ Eisfeldensi.* 5) *Commentationes in Psalmum X., R. Georgio Thymo, Röm. bildensi, in Psalmum XI., R. M. Liborio Thilone, Gothano, in Psalmum XII. R. Adamo Cramero, Neobusano, in Psalmum XIII., R. Jacobo Seel / Scholae Eisfeld. Con-R., in Psalmum XIV. R. M. Jo. Baiero, Coburgensi, & in Psalmum XV. R. M. Jo. Caecilio, Frimariensi.*

A. 1621. *Commentationes in Psalmum XVI. R. Francisco Heusingero Olleb. Thur., in Psalmum XVII. R. Martino Müllero, Vnsindano, & in Psalmum XVIII. R. Georgio Hofmanno, Crocaviensi.*

A. 1622. 1) *Sphaerica in usum Gymnasi Coburgensis, 12., 2) Praefatio ad Cationale Coburgense vernacula, recusa Arnstadiæ A. 1700. in Dn. Olearii Evangelischen Lieder. Schatz P. III.* 3) *Meditationes in Passionem Christi, R. Jo. Sculteto, Cob., 4) Meditationes in Resurrectionem Christi, R. M. Jo. Luthero, Schalcov. Fr., 5) Meditationes in Ascensionem C., R. Nicolao Morgenroth/ Eisfeld. Fr., 6) Meditationes in Pentecosten, R. Georgio Wagnero, Eisfeld. Fr., 7) Tres Dissp. in Aphorismos Theologicos, Resp. M. Jo. Schiltroth/ Bergensi, Petro Doppert/ Eisfeld. Fr., & Jo. Christoph Vatermann/ Erfurt. & 8) *Commentationes in Psalmos XX. & XXI. R. Martino Canerino, Cob.**

A. 1623. 1) *Meditationes Theologicae in psalmos, edd. Giffae, in quibus non recensitae simul comparent in psalmum XIX., in Psalmum enim XIX. peculiarem scripsit ediditque Concionem funebrem* 2) *Miscellae Theol. R. Nic. Eichlero, Ecclesiae & Scholae*

posuocensis Cantore, & 3) Sex Dissp. in Centuriam II. Axiomatum Theologg., a Canone I. - XV. R. Paulo Reinboldo, Deliziano, a Can. XV. - XXX. R. Martino Roginger/Muppergenssi, a Can. XXX. - LV. R. Nicolao Spülero, rodacensi, a Can. LV. - LXXX., R. Benedicto Schrickel/Hilperbusano, a Can. LXXXI. - XC. R. Marco Bonauentura Pleiero, & a Can. XC. - C. R. Christophoro Thoma, Cantore Hilperbusano, Centuria prima Axiomatum Gissae jam contexta fuerat. Vid. Dissp. Giffens. T. V. Dissp. 1. 2. 3.

A. 1624. *Septem Dissp. in Centuriam III. Axiomatum Theologicorum, a Can. I. - V. R. Danide Kelnero, Friedstadiensis Thur., ab Axiom. VI. - XXXII. R. M. Johanne Seelmano, Neostad. ad Ericas, ab Ax. XXXIII. - XL. R. Georgio Caroli, Schneisni, & ab Axiom. XII. - L. R. Mich. Franck/Gera-Varisco, ab Ax. II. - LV. R. Chiliano Seifert/Coburgensi, ab Ax. II. - LV. R. Jo. Caspate Sundermann / & ab Ax. LVI. - LXV. R. Jo. Wedermann/ Cob.*

A. 1627. *Dissp. quatuor in Axiomatum Centuriam III., ab Ax. LXVI. - LXXV. R. Heinrico Lucio, rauensleinensi, ab Ax. LXXVI. - LXXX. R. Jo. Hilperto, Cob., ab Ax. LXXX. - XC. R. M. Valent. Hofmann, Neostad. ad Ericas, ab Ax. XC. - C. R. M. Io. Friso, Neost.*

† Prodiere hoc etiam anno, & Jenae in 12., D. Finckii Canonum Theologicorum, Regularum item, Axiomatum ac obseruationum, proprietatem & naturam Scripturae S. enucleantium, Centuriae duae, quarum prior A. 1612. typis excusa, jam vero propter inopiam exemplorum & multorum desideria prelo denuo subiecta, cui adiecta est posterior singularis & noua. Addita est praefatio Gissae scripta d. 2. Jul. A. 1611. Centuriae autem illi singulari & nouae Coburgi d. 24. Jan. A. 1624. scripta praefatio hoc habet initium: Sicut haecenus in Postillis meis Academico-Ecclesiastica & Ecclesiastico-Festiuale, Tractationi Germanicae addidi Canones, Obseruationes &c. singulares, & quidem ultra mille, sexaginta nouem, excepta integra illa Centuria, quae Gissae

A. 1612.

A. 1612. formis Hampelianis exscripta est: ita huic quoque Locorum Theologicorum Postillae addo Centuriam integram ac nouam, quae inter scribendum sese obtulit, idemque, Deo fospitante, facturus sum in parte altera.

A. 1626. 1) *Doctrina Sphaerica, ex Scriptura S. & Theologia illustrata, in 12.* 2) *Meditatio in Hymnum Natulitium, A Solis ortu eardine, R. Georgio Cincio,* 3) *Dispp. sex in Centuriam IV. Axiomatum Theologicorum, a Canone I-X, R. Jo. Hofmanno, Eisfeld., a Can. XI-XX, R. Guilhelm. Wasterstock/ Gothano, in nouos X. Canones, R. reinbarde Gottschalck/ Jfen. Thur., in nouos X. Cann, R. Nicolao Brecht/ Cob., in nouos X. Cann. R. Erasmo Reinmanno, Cob. & in nouos X. Canones. 3) Meditatio Theologica in Ps. 92. Pars prior R. Nicolao Langer/ Streusdorf.*

* Prodiit etiam in 12., & Jenae, hoc anno 1626. Canonum Theologicorum Centuria tertia.

A. 1627. *Disp. in nouos X. Canones, R. Mich. Rittero, Frimaria Thuringo.*

† Prodiitque hoc anno, & in 12., Canonum Theologicorum Centuria IV., cui in fine accesserunt Meditationes & Miscellae Theologicae: & illam excepiisse audiuius Centurias V. & VI, per Disputationes, in Actis autem non obuias.

A. 1628. *Tres Disputationes in Examen Concilii Tridentini, I. resp. Christophoro Scharff/ Heldb., II. R. M. Sixto Meister/ Eisfeld., III. R. M. Jo. Theinio, Hilperbusano.*

A. 1629. 1) *Locorum Theologicorum Partes II., 2) Disputationes V. in Examen Concilii Tridentini, IV. R. M. Jo. Val. Kübnero, Neost., V. resp. Nicolao Heinmann, Cob., VI. R. Nicolao Fischer/ Cob., VII. R. Jo. Magdeburgo, Ebenheimense, VIII. R. M. Jo. Trautschelio, Eisfeld., & IX. R. M. Jo. Rotenbachero, Eisfeld.*

A. 1630. *Vade mecum Latine & Germanice.*

A. 1631. 1) *Locorum Communium Theologicorum, oder/ Vetter Bode*
K 3
ano

angelischer Spruch: Posillen dritter und letzter Theil, darinn die übrigen Glaubens-Artikel ebener massen/ wie in beyden vorigen Theilen/ erkläret, so wohl allerhand Irrthümer bescheidenlich widerleget werden; Schleusingen A. 1631. 4. *Addita est Synopsis Locorum Theologicorum, Disputationes supra jam recensitas & iunctim exhibens; & 2) Sylloges Quaestionum Illustrium Theologicarum, & maxime practicarum, quarum nonnullae in Ill. Casimiriano ventilatae sunt itidem, Sectio I. II. & III. in 2.*

- Et sectioni huic tertiae, a Vidua & Filiis curatae & posthumae, in qua methodus, qua in Comitibus Augustanis propositi sunt murati Pontificii Abusus, observatur, immortuus est Finckius Praeful; nam sub finem idcirco appositus legitur Versus:

Huius sub parvi currente coronide Libri

Redditur Autori celsa corona Dei.

- ** Syllabum autem pleniorum, Scripta haec Finckii, & alia, & in his Conciones nondum notatas, exhibiturum, dabit haud dubie Vir liberali doctrina politissimus, qui Historiam sacram Coburgensem prelo jam apparat: nostris enim in Memoribus percensenda praecipue erant, quae in Actis obuenerunt Gymnasticis: & ipsorum tamen Programmatum a Finckio Praefule, vel Scholarcharum nomine scriptorum, non iniri potest numerus.

§. LVI. Et ad *Scripta* adjunguntur tandem *Ἐπισημύσεις* *ἢ* *αἰτια*, in *Biographia* hac *Finckiana* eo minus negligenda, quod praestabilia sunt, & ad reliquam vel *matrimonii* vel *probitatis* memoriam pertinent.

§. LVII. Quae enim supra §. LI. indicata fuit Vxor, *Filia Egenolphi, Margaretha*, domum a D. *Finckio* ducta A. 1604. die Lunae post Festum Ascensionis Christi, *septem* marito genuit *filios*, & *vnam filiam*, e quibus vero *bini* solum *Filii*, *M. Iosephus Baltasar, Theol. Cultor*, & *Io. Conradus, medicinae Studiosus*, superferunt *Parenti* & superuixerunt: nam *Lipsiae* in virtute & Juris progressu studio, *Godefredus*, A. 1628, *ibidem* extremum morte etiam confecit diem; qui ipse vero a *Patre Sepulchri* nactus est *Inscriptionem*, & *literarum*, quibus *Romani* in *Inscriptionibus* vti solebant, *grandium, maximarum & uncialium*, additam ad *Sermonem funebrem* a D. *Jo. Höpnero* habitum & *typis impressum*, & dignam omnino, quae, nostra hac commemoratione

tionem mansura eo diutius, in hanc inferatur *Finckianam* historiam, repetaturque typis publicis, sed *minoribus* ob plagulae angustiam *litteris* :

Deo Trinitati sacrum. Gottfridus Finckius, Giffensis, Hassus, pietate, arte, humanitate, candore, liberalitate, moribus, ingenio, memoria, excultissimus, quatuor Academicarum, & nunc etiam coelestis, Cuius floridissimus, Juris ac Aequi studiosissimus, Cuius symbolum fuit, Ante omnia memor esto Dei, L. ac Existimationis tuae, ex Nouell. XXX. cap. VII. Anno O. R. MDCIIIX. aetatis XXIII. in vera Dei agnitione, peccatorum confessione, fide, constantia, eleuatis ad extremum usque suspirium manibus, die XI. Nouemb. intra IV. & V. vespertinam, consopitus pie & placidissime, hic, quā mortalis, situs est; inque beatam ejus recordationem, resurrectionis ac vitae aeternae certificationem, hoc quantumcumque monumentum ex aere posuit Parens maestissimus, Casp. Finckius, Giffens. S. Tb. D. Gen. Superint. Pafl. Assell. Scholarch. & Profess. Sax. Coburg. Beati Mortui in Domino Apoc. 14. v. 13. Pax, Gutfride, Dei tribuit Tibi Nomen, in illa sub tumulo placide pace quiesce Dei.

§. LVIII. Exequiae Parentis Praefulis, D. Finckii, cum agerentur, funerique daretur opera, id quod d. 30. Jun. fiebat A. 1631., *Concionem funebrem* in Aede Mauritianā, in qua locum etiam Ille accepit sepulturae, ex Rom. VIII 1 - 13, recitauit *Sebaldus Krugius, Superintendens Heldburgensis*, scriptumque est *programma funebre a Drectore Ill. Casimiriani & Professoribus: Parentationem Latinam*, suam in D. *Finckium* pietatem, cum summa in laudem officiorum testificatione, declaturus, contexuit, conjungique curauit cum *Concione typis impressa D. Andreas Kestlerus, Superintendens Eisfeldensis*: additaque visuntur *Epicedia*, Quibus ex *Monumentis laudis & gloriae* ad memoriam posteritatis cum complura spectant, tum praecipue haec sunt *Δξιωματικώτερη*, merenturque *speciatim* notari: Etenim extat.

in Vitae curriculo, daß zu Gießen in der Schule ein alter, zwar scharffer Rector dem sel. Finckio mit Handklopfen auf das Haupt gleichsam prophesierend gesagt, es würde diß Bibgen vor andern ein Mann werden; quod ipsum Praesagium Praesagii addendum est Praeceptorum, in e-rudicum schediasma congestis a Dn. M. Joach. Manzelio, configurationum nempe ductu Praesagii Carpzouii de Summe Reu. Dn. D. Pippingio.

in eodem, Hr. Finck sey A. 1602. von Hn. Paulo Egenolpho, weiland fürnehmen Bürgern, Handelsmann, und Typographo Academico zu Marburg, als ein Corrector und Paedagogus angenommen worden; estque adeo Finckius in Virorum doctorum simul ponendus numero, qui correctoris munere functi sunt in Officinis Typographicis,

cis, & addendus Jo. Ant. Campano, Platinae, Demetrio Chalcondyla, P. Castellano, Sigism. Gelenio, Erasmo, Oecolampadio, Alcyonio, & aliis, recensitis a Dn. Crenio in Animaduerf. P. V. p. 102. sq., Dn. Struui in Introd. ad Notitiam rei Literariae & Vsum Bibliothecarum C. V., nec non a Dn. Mich. Maittairio, Autore Historiae Typographorum Parisiensium, itemque Historiae Stephanorum, in Annalibus Typographicis, editis Hagae Comitum A. 1719.; in illorum jamrelatus est numerum a Joh. Conrado Zeltnero, qui Correctorum in Typographiis eruditorum A. 1716. euulgauit Centuriam.

Ad Viros etiam indidem pertinet celeberrimos, obscuro natos genere, progressosque ex officina manuarum, sub vno aspectu per suum de V. E. G. librum a Dn. Feustelio positos. Subitanea & extemporali facultate pangendi praeditus erat Finckius, & Idem, oblatis sibi vocatorum Coburgensibus, hoc exclamauit versu: Ibo in Saxoniā, Satana fremdente, fremente. Symbolum habuit, Gedult frist den Zeuffel. Tentationes etiam, sine quibus Theologus aut est Blaterator, & Hypocrita, aut Haereticus & Seductor, suo perferens pectore, prolocutus idcirco; Lacrymae, Gemitus, Suspiria, Preces, sunt mei Intimi & Familiares. Prolocutusque identidem ad Medicos, aliquam inter tor labores corporis curam suadentes, Sinit me esse Hominem, in Eruditorum porro referendus esse videretur numerum, qui studiorum intemperic mortem sibi accelerarunt; nam eò a Dn. M. G. Boetnero in binis de hoc argumento disputationibus relati sunt Theologi alii, Affelmannus, Bohlius, Cruciger, Hunnii, & Petrus Piscator: eandemque in materiam scite disseruit Morhofius in Oratione peculiari de Intemperantia in studiis, & Eruditorum, qui ex ea oriuntur, morbis.

§. LIX. Et haec in Memoriam Finckianam delibasse suffecerit. Orationem Paschalem & Latinam hodie recitabit Iuuenis studiosus haud vulgaris, **JO. GEORGIUS BOETTNER** Rex Traſtu Misniae montano & metallico Schoerlania-Schneebergensis, qui pius fuit & obsequens, nullos defugit labores, multum profecit, Laudatores nos omnes habet integritatis & eruditionis, & suo proinde secus, ac **ΑΠΤΗΝΕΣ ΝΕΟΣΟΙ**, uti potest remigio; dicetque in Quaestione paschalem, a Theologo quondam Aboensi, Enevvaldo Sævenonio, discussam, & propugnatam Gryphuswaldiae a D. Jo. Frid. Mayero, An Resurrectio Christi pertineat ad Opus Redemptionis? Id etiam quia operam dabit Declamator Bannmannus, ut Fruſtus Resurrectionis Christi tradat & inulect, attente VOS, CIVES STVDIOSI, audite! Resurrexit enim CHRISTVS, edifferente Tertulliano, in ſpei non ſrae exemplum. P. P. Coburgi Fer. I. Paſch. A. MDCCXXII.

Error est in dinumeratione paginarum Memoriae Fasciculi II. nonae, nec ibi poſcendierant numeri 35, 36, 37, 38, 39, 40. ſed 67, 68, 69, 70, 71, 72,

I. N. J.

MEMORIARVM CO-
BURGENSIVM

&

FASCICVLI SECVNDI
VNDECIMA,

f

MEMORIAE
NICOLAI HVGONIS
&
MICHAELIS LVDOVICI
PROFESSORVM.

JLL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELIQVI
S. I. S.

§. LX. Etextipit *Memoriam Finckianam*, in programme paschali nuper exhibitam, *Hugoniana*; nam in *Professorum* numero, & post *Finckium*, *Matricula Gymnasti Nicolaum Hugonem* habet, qui cum suum obiret diem, *Theologiae erat Doctor*, & in *Jll. Casimiriano Professor*, *Superintendens Generalis, Pastor, & Scholarcha*; Hujusque *Hugonis* Vita ex *Annalibus Hoennianis, Diario Wittenii, dem Gelehrten Lexico, & Monumentis* adhuc *aliis* (Concio funebris, ab *Archi-Diacono Pfrüschero* fortassis habita in *Aede Mauritiana*, typis, quod sciamus, exscripta non est, & *Programma funebre, a Direttore & Professoribus* foras datum, *laudem solum profert & diem emortualem*) ita proponitur breuiter & paucis verbis.

§. LXI. NICOLAUS HUGO patriam habuit pagum in agro Coburgensi *Größ-Garnstadt*/Patrem, *Sebastianum Hugonem*, Pastorem, *Garnstadiac A. 1612.* denatum; *Coburgi & Jenae*, quod variis ex causis licet perhibere, optimis formatus Institutis, publicis recte praeparatus Muneribus, & Academico Magistri ornatus titulo, *A. 1615.* Pastor euasit in *Wazendorff*; nam Pastor *Wazendorfensis Hugo* hoc anno, & Praeside *Jo. Gerardo, Theologiae Doctore, & Ecclesiarum in Ducatu Saxo-Coburgico Superintendente, in Jll. Athenaeo*

Fasc. II.

pa-

patricio publicam defendit *disputationem*, infra percensendam, de *exasperanda poena adulterii & fornicationis*. Hoc eodem anno *Diaconus* constitutus est *Coburgensis & Aedis Crucianae Pastor*, & A. 1617. *Concionator Anticus & Jll. Consistorii Assessor* Coburgi, Successor datus *Jo. Fabro, Ecclesiastae Aulico* demortuo, & simul *Theologiae in dicto Gymnasio Professor*. A. 1623. *Jenae* sub *Gerhardo*, dicto itidem, & tunc *Theologiae Professore Jenensi*, pro consequendo *summo in Theologia titulo*, *Disputationem* habuit inauguralem in *Decadem Quaestionum Theologicarum de Justificatione Hominis Peccatoris coram Deo*. A. 1632., mortuo *Praefule Künckio*, *Superintendens* fiebat *Generalis*, hocque summo *Antistitis* officio per biennium functus, in aetatis virilis flore obiit pridie *Dominicae I. Adventus* A. 1634. : postridie *Templo* illatus statim est, & *Concione* cohonestatus funebri. *Conjugium Hugonis* fuit tergeminum. *Domum* duxit *Vrsulam*, natalibus *Glaferiam*, ex qua superstitavit *Filius*, Patri *ἰμάνωρος*, *Nicolaus*, & in *Disputatione* quadam sub *Parente* Respondens. *Vrsula* A. 1620. mortua, fidem addixit *Margarethae Pegeliae*, *Filiae Doctoris & Professoris Medicinae Rostochiensis*, tunc in *gynaecaeo DVCALE* *Coburgensi*. Hac itidem A. 1623. denata, *matrimonium* coluit a d. 12. Apr. A. 1624. cum *Susanna, Stephani Friderici Schwalbii*, in *praefectura Helldburgensi Rationarii*, *Vidua*, prostatque sermo nuptialis, *Coburgi* in aede basilica ex *Sir. XXVI. v. 21. sqq.* habitus a *M. Philippo Eschenbach/Diacono*. *Frater* extitit *M. Jo. Hugo*, *Pastor* in *Mupperg.* *Hugones*que alios, *Viros clariores*, dinumerat *Gelehrten-Lexicon pp. 1023. 1024.*, ad quos vero addendus test *Gerhardus Hugo*, qui A. 1520. *vitam monasticam* deseruit, & a *Romano-Catholica* deseiuit *institutione*.

§. LXII. Ex *Scriptis* autem *NICOLAI HVGONIS, Praefulis & Professoris, Elenchus* innotuit *Lutbero-Caluinistae, s. Refutatio Consensus Lutheranorum & Calvinianorum, quem Jo. Andreas Coppenstein ex Bellarmino demonstrare itemque refutare conatus est*; innotuit *Dis-*

putatio illa Inauguralis & Jenensis, Coburgique habitae innotuerunt Disputationes Theologicae ex Actis Gymnasii. Nam

A. 1615. d. 23. Mart. sub praesidio D. Jo. Gerhardi, Ecclesiarum in Ducatu Saxo Coburgico Superintendententis, in Jll. Gymnasio Casimiriano Coburgensi Theses Hugo defendit, Ipse Ecclesiae Watzendorfsensis Pastor, de exasperanda poena adulterii & scortationis,

A. 1618. d. 25. Apr. Praeside M. Nicolao Hugone, Aulico Concionatore, Assessore & Professore Saxo-Coburgiaco, publice in Jll. Casimiriano de quatuor quaestionibus controuersis ex Gen. I. 21. respondit Christianus Fischer Zellenfis Saxo. (Quaestiones erant: 1) Cum in v. 1. אלהים coelum & terram creasse legatur, num ex plurali illo pluritas personarum Deitatis probari possit? 2) In secundo versu capitis hujus primi אלהים רוח incubasse aquis legitur: quaeritur itaque, num per illum Spiritus S., an vero ventus creatus, aut aliud quid, intelligatur? 3) Deus, aggressurus Hominis creationem, prius deliberationem instituit v. 26. Faciamus hominem &c. quaestio igitur oritur, num his verbis Jehovah Filium & Spiritum S. allocutus fuerit? & 4) Cum Deus deliberationem istam ipso opere perfecerit, hominemque ad Imaginem suam crearet, numquid recte inde colligitur, quod Adam, inque eo tota posteritas, ad vitam aeternam fuerit creata?)

A. 1718. d. 7. Nou. sub praesidio M. Nicolai Hugonis, Aulici Concionatoris, Assessoris & Professoris Saxo Coburgiaci, publice in disputatione Theologica, & in Jll. Gymnasio, respondit Johannes Glaferus, Cob. Fr., de tribus Quaestionibus controuersis ex Gen. c. II. (Quaestiones fuerunt: 1) Cum Deus die septimo ab omni opere, quod fecerat, requieuerit, illum sanctificauit, ut legitur v. 3., imo Exod. 20. 11. expresse septimum diem sanctificandum praeceperit, num recte nos N. T. Christiani facimus, quod

quod primum diem, quem Dominicam vocamus, cultui diuino destinamus? 2) Corpus Adami formatum fuit ex limo terrae v. 7., num igitur corpore moriturus fuisset, etiamsi non peccasset, idque conditione naturae, non autem merito culpa? & 3) Iehovah in faciem Adami spiraculum vitae inspirasse legitur v. 7. num igitur anima primi hominis fuit de substantia Dei?)

A. 1619. d. 8. Maj. Praeside M. Nicolao Hugone, Ecclesiae Aulicae, publice in Gymnasio Casimiriano respondit in Disputatione Theologica de propagatione animae rationalis, ex Gen. II., Job, Georgius Selt, Eisfeld, Fr.

A. 1620. d. 12. Febr. sub ejusdem praesidio in Disputatione Theologica III. ex Gen. II. de Lapsu Protoplastorum respondit Georgius Arendes, Cynaeus Megalburgensis.

A. 1621. d. 28. Apr. sub ejusdem M. Hugonis, Concionatoris, Assessoris & Professoris, praesidio in disputatione Theologica IV. ex Gen. II. de Coniugio respondit Nicolaus Wirsing / Diaconus in Himmerstadt.

A. 1623. d. 28. Mart. sub praesidio Hugoniano de tribus Quaestionibus controuersis ex Gen. III. respondit Johannes Rebhan, Roembilda Francus. (Johannes hic Rebhan, qui genus vitae mutauit, & in Theologia prius versatus animum ad Juris adiunxit studium, Juris Doctor euasit & Professor Argentoratensis inclutus; Quaestiones autem controuersae proponebantur: 1) Testatur Moyses, quod Satanas per Serpentem Protoplastos ad vescendum fructu arboris vitae impulerit & persuaserit v. 2. 6., quia igitur Deus hoc permisit, quaeritur, an lapsum eorum voluerit? 2) Cum Satanas per serpentem, ceu instrumentum, Protoplastos deceperit, quaeritur, an Deus Satanae serpentem commodauerit, adeoque hostem in hominis exitium destinauerit? & 3) An verba v. 15., inimicitias ponam, proprie sint intelligenda de naturali aversione hominum &

Serpentum, an de hostili Odio Satanae, Christi, & verorum ejus membrorum ?

- A, 1633, d. 23. Aug. sub praesidio Nicolai Hugonis, S. Theol. Doctoris & Generalis Superintendentis, in disputatione Theologica secundum Gen. III, de auabus quaestionibus controuersis (num crimen falsi commissum a Pontificiis, quando pro Masculino, Ipse, posuerunt, Ipsa conteret caput Serpentis: it. an ex v. 19. Terra es, & in terram reuerteris, bona consequentia concludatur, primis parentibus moriendum fuisse, etiamsi non peccassent?) respondit Filius, Nicolaus Hugo, S. Theologiae Studiosus: &
- A, 1634, d. 15. Mart. sub praesidio D. Hugonis, & in dissp. Theologica, de innocentissima, acerbissima juxta, & fructuosissima passione & morte Saluatoris nostri unici ac meritissimi, JESU CHRISTI, respondit M. Johannes Pistorius, Pastor Neussensis & Calmbergensis.

S. LXIII. In programmate autem, quod supra allegatum est, funebri, & de vera, quae virtuti NICOLAI hujus (inserendi omnino in M. Jo. Covr. Boeckmanni Schediasma Historico-Literarium de doctis Nicolai) debebatur, laude locuturi Director & Proff. Ill. Casimiriani, & ad calamitates suorum temporum illam obitu Praesulis Hugonis acceptam adjunctentes, bis vtuntur verbis, his suam conqueruntur fortunam: *In hac peruersa mundi senecta non modo nobis nulla datur aut relinquitur optio, sed omnes poenae, & inter eas atrocissimae, ita in nostrum miserabile exitium, & uoluntaria, & interitum conspirant, vt Dei iustissimo iudicio & mandato omnes creaturas ad executionem contra nos inuitare videantur: nempe, quia nulla est vera & seria peccatorum agnitio, vt in Dauide, nulla vera corundem confessio & deprecatio, Christiana caritas in cordibus hominum alfit, mutua iuuandi & opitulandi voluntas euanuit, amor Magistratus erga subditos exaruit, affectio cum obedientia, obedientia cum reuerentia Subditorum suos erga Magistratus aufugit, nulla in contractibus exercetur iustitia, nulla in commerciis ob-*

obseruatur aequitas, friget zelus religionis, & quod lacrymis dolendum, vitia in locum virtutum successerunt, earumque commendatione & encomiis ubique fere locorum hodie gaudent. Et has calamitates non parum auget infortunatus obitus in flore aetatis virilis Admodum Reuerendi, Clarissimi & Excellentissimi Viri, DN. NICOLAI HVGNIS, S. S. Theol. Doctoris, Ecclesiae Coburgensis Pastoris vigilantissimi, & ejusdem Ducatus Superintendentis Generalis dignissimi, Collegae nostri respectiue & Fautoris exoptatissimi, quem *beri Deus Opt. Max.* per mortem in coelestem patriam hac ex aerumnarum officina euocauit, & sic Liberos suos Patre carissimo, Ecclesiam Capite ornatissimo, Collegas & Pastores suos Amico & Patrono desideratissimo, orbanit. O malum Ecclesiae nostrae nimis ominosum!

§. LXIV. Et excipit HVGONEM MICHAEL LVDOVICI, praetermissio in hac Professorum serie Hubmeiero, de Eodem cum iam supra dictum sit in Directorum historia, & primo Memoriarum Coburgensium Fasciculo. Ipseque MICHAEL LVDOVICI, allatus etiam a Wittenio in Diario Biographico, in Gelehrten Lexico, & in Vita Job. Langeri Schlegeliana, Coburgensis ortu fuit, primum Eloquentiae & Graecae Linguae Professor, dein Pastor & Adjunctus Sonnefeldensis, tum Concionator Castrensis, mox Exercitus Suecici in Germania Superintendens Generalis, post haec Consiliarius Ecclesiasticus Stadenensis, iterum Superintendens Generalis Castrensis in Polonia, & Ecclesiastes Regis Sueciae Aulicus, demum S. Regiae Majestati Suecicae a Consiliis Ecclesiasticis, Superintendens Wisnariensis & Pastor primarius.

§. LXV. In Clarorum nempe Coburgensium numerum recte refertur LVDOVICI, Professor & Theologus, recteque Ludouicis accensetur, qui meritis & scriptis commendationem & perpetuam adepti sunt famam; magna utique Illorum est vbertas: nec iis displicitura est breuis a proposito declinatio, & Recensio Ludouicorum scriptis meritis q̄ Clarorum, qui literariam in oculis ferunt historiam, & in consimili argumento occupatos fuisse plures, expendunt, Egerunt: Leo Allattius,

tius, de *Scriptoribus*, qui *Simeonis* nomine gauisi sunt, de *Georgiis* & eorum *Scriptis*, de *Niliis* & eorum *Scriptis*, de *Methodiorum Scriptis*, deque *Pfellis* & eorum *scriptis*; *Lannois*, de *quinque Illustribus Victorinis*: *Antonius Sanderis*, de *Claris Sanderis*, *Andreas de Sauffay*, de *Andreas* quibusdam *Illustribus*: *Dorscheus*, de *Dionysii* veteris *Ecclesiae*: *Stillerus*, de *Claris Franciscis*: *Gregorius Polydorus*, de *Gregoriis*, *Pontificibus* summis: *Thomas Wegelius*, de *quinque Paulis*: *Jacobus Thomasius*, de *Lupis* siue *Wolffii*: *Mollerus* de *Mülleris*, *Molanis*, *Myliis*: *Thomas Stapleton* tres *Thomas* vulgavit: *Dn. D. Goetzius* *Orationem* de *Claris Schmidii* excudi curauit: *Dn. D. I. A. Fabricius* *Centuriam Fabriciorum scriptis clarorum* stitit e. s. p. *Conff. Morhof* in *Polybistore* & *Itigii Schediasma de Autoribus*, qui de *Scriptoribus Ecclesiasticis* egerunt, hoc enim *Bibliothecae Itigianae* annecti curauit, recensuitque *Dn. L. Christianus Ludouici*, *Professor Lipsiensis*.

§. LXV. At enim adhuc de *Claris Ludouicis* sermonem, & in vitam imprimis *Theologi & Professoris*, *MICHAELIS LUDOVICI*, quae afferenda nunc remanent, alias, ἐὰν ὁ θεὸς θελήσῃ καὶ ζήσωμεν afferentur, & in *Memoria proxime infecutura*. *Orationem Pentecostalem*, ad cuius auscultationem salutarem VOS, CIVES STUDIOSI, cohortamur, hodie pronuncietur *Juuenis Studiosus*, *Schwarzbaco* ad *Salam oriundus*, *JOHANNES CHRISTIANVS Rühn* / *Civis non inuerditus*, & *publicum idcirco profectuum editurus specimen*, differetque de *Ordinibus Spiritus sancti* publice & *Festo Spiritus S. congruenter*, P.P. Coburgi Fer. I. Pentec. A. MDCCXXII.

J. N. J.

MEMORiarVM CO.
BURGensIVM

&

FASCICVLI SECVNDI

DVODECIMA

/.

MEMORIA CONTI-
NVATA

MICHAELIS LVDOVICI
PROFESSORIS.

ILL. CASIMIRIANI CO-
BURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELIQVI
S. I. S.

§. LXVII. Sermonem, qui in *Ludonicos*, *meritis & scriptis* commendationem adeptos & famam, in *Memoria undecima* promissus fuit, daturi nunc, & *vitam* simul *Michaelis Ludouici*, *Professoris Coburgensis*, vtrumque sic vrgemus & expeditimus negotium, vt *Virorum illorum* quandam nunc solum componamus seriem, & accessionem faciamus alias, *Biographia* autem *Ludouici Professoris* exhibeatur plenior, & in nostram prout peruenit notitiam.

§. LXVIII. Etenim innouerunt & in *Clarorum Ludouicorum* numero ponendi censentur: 1.) *Melchior Ludonicus*, Rector Academiae Lipsiensis Ao. 1490. Magnificus, 2.) *Laurentius Ludonicus*, Gymnasii Gorlicensis Rector, 3.) *Laurentius Ludonicus*, Poeta Laureatus & Curiae in patria Aduocatus ordinarius & provincialis, filius infra nominandi Valentini, Senatoris, 4.) *Nicolaus Ludonicus*, Scholarum, Suidnicensis, Glogouiensis, Freystadi-

Fale. II.

stadiensis, & denique Lignicensis, Rector, 5.) *Josephus Ludonicus*, JCtus Italus, Decisionum & Conclusionum Autor, 6.) *Jeremias Balthasar Ludonicus*, Concionator Saxo-Gothanus Aulicus, 7.) *Michael Christianus Ludonici*, Consiliarius Ecclesiasticus & Ecclesiastes in Aula Cizensi primarius, 8.) *Albertus Christianus Ludwig* / Michaelis Christiani filius, Concionator adhuc Saxo-Gothanus Aulicus & supremus, 9.) *Jacobus Benedictus Ludwig* / *Jeremiae Balthasaris*, Filius, Pastor adhuc Gothae, & in Aede oppidana Ecclesiastes, 10.) *Daniel Ludonici*, Doctor & Archiater Ducalis Saxo-Gothanus, II.) *Georgius Ludonici*, Laurentii, R. Filius, I. V. D. & Gorlicensis Syndicus, 12.) *Valentinus Ludwig* / Cancellarius Sorauiensis, 13.) *Jo. Hermannus Ludwig* / Ladenburgi in Palatinatu Ecclesiae A. C. Pastor, 14.) *Laurentius Ludonici*, Rectoris semel iterumque dicti Gorlicensis Filius *ἐπιὼντος*, Doctor Medicinæ & Physicus Windshheimiensis, 15.) *Jo. Henricus Ludwig* / Doctor & Medicus Aulicus Anhaltinus Bernburgensis, 16.) *Andreas Ludonici*, Theologus, de cuius icone in Nummo Heraeus meminit in epistola ad Tenzelium, 17.) *Valentinus Ludonici*, Quaestor Lignitio-Bregensis & tandem Senator Lignicensis, 18.) *Georgius Ludonici*, Poeta & Senator Lignicensis, 19.) *Henricus Christophorus Ludwig* / Superintendens hodie in Rudolstadt / 20.) *Jo. Petrus Ludonici*, nunc *de Ludwig*, Consiliarius Regius & JCtus in Academia Hallensi, 21.) *Jacobus Friedericus Ludonici*, Juris Doctor & Halae itidem Professor publicus, 22.) *Christianus Ludonici*, Professor adhuc Lipsiensis & Theologiae Licentiatas, 23.) *Christophorus Ludonici*, poeseos Professor Hafniensis, 24.) *Erasmus Ludonici*, Johannis, Regis Sueciae, Secretarius, scriptis Theologicis aliisque clarus, 25.) *Jodocus Ludonici*, Regni Bohemiae Secretarius &

Orator excellens, 26.) *Georgius Ludouici*, Rector Leoburgensis in Silesia, 27.) *Franciscus Ludouici*, Abbas Saganensis, 28.) *Jo. Jacobus Ludouici*, Scholae Oehringensis Hohenloicae Rector, 29.) *Joachimus Ludouici*, Reip. Lignicensis Ciuis literatus primarius, & 30.) *Romanus a Ludewig*, Poeta. Et qui in his locum nobiliorem & honoratum sibi vendicat, est *M. Michael Ludouici*, supra §. LXIV. iam descriptus breuiter.

§. LXVIII. *Michael* nempe *hic Ludouici*, Professor primùm Coburgensis, Dei beneficio d. III. Jan. A. MDCH. Coburgi in lucem exiit, vitamque communem, prognatus parentibus optimis, *Michaele Ludouici*, Ciuis & compingendis libris operam professio, & *Anna Schmidia*. Traditus ab *Isdem* fuit curae fideique *Praeceptorum* in schola patria triuiali & Senatoria, & *Professorum* in Gymnasio Illustri, (in huius enim *Paedagogeum* anno aetatis XVI. transferebatur, & A. MDCXIX. in *Publicum*, in quo, praeter caeteros, *Ipsi* recte consuluit Theologus deinceps *Erfurtinus*, *Meyfartus*) & otium, quod studiis datur liberalibus, cum consumfisset honestissime, pensique sui rationem compluribus reddidisset exercitationibus, *Jenam* A. MDCCXIII. se contulit, *Jena Wittebergam*, vbi summa doctrina viros, *D. Balthasarem Meisnerum* & *D. Jacobum Martini*, sibi conciliauit, & *Witteberga Lipsiam*, Lipsiaeque a *Doctore Thoma Weinrichio* erudiendorum liberorum vti accepit prouinciam, ita A. MDCXXVII. *Magistri* & summos in *Philosophia* honores, & ipsam, *Praefes* auditus in *Disputantium* cathedra, docendi ex *Philosophia* facultatem. Euenitque proinde, vt nemo dubitaret, quin fructus diligentiae breui peruenturi essent ad *Ludouicum*. Et peruenerunt sane. Non sine *Clementiae DVCALIS* significatione a *Serenissimo IO. CASIMIRO* Profes-

sori-

scribis addebatur *Coburgensibus* A. MDCXXIX. , & introductus d. XX. Jul. *Eloquentiam & Graecam Linguam* iubebatur profiteri, nec non *Alumnorum* esse *Inspector*; hanc etiam sedulo administrans prouinciam A. MDCXXX. d. II. Jul. in *Jubilaeo A. C.* versu latino de *Bullis* dixit *Papalibus*, *Sonnefeldae* porro, in Principatu *Coburgensi*, constitutus *Pastor & Adjunctus*, maximam, quam vniuersa Germania acceperat, calamitatem ab A. MDCXXXIII. perpeffus est, & rei sacrae gerendae rationem etsi haberet periculosissimam, erant vicissim *Tutores & Patroni* ipsi, qui rem administrabant bellicam, castrorum *Imperatores & Duces* militum. Qui, tot cinctus periculis, sub dio saepe & in sylvis de rebus diuinis dixit ad populum, animum tamen habuit aequum, optimum aerumnarum condimentum, conseruatus est, & splendorem tandem dignitatum obtinuit. Aduenit *Exercitus Regius Suecicus*, cum *Hoc Polemarchus Bannerius*, cum *Bannerio* *Tribunus* legionarius *Seckendorffius*, & ab *Hoc Ludonicus Praeco* (*Regiments-Prediger*) constituebatur A. MDCXL. Annopdit ab *Archistratego Torstensohnio*, iidem *Suecico*, in *Exercitu Superintendens Generalis & Consistorii Praefes* (*General-Feld-Superintendens und Praefes Consistorii*) esse iubebatur, a *VVangelio*, cui summa belli deinceps demandata est, *Augustae Vindelicorum* A. MDCXLVI. eodem in munere confirmabatur, deprecationesque *Ludonici* ad sua tunc commoda traduxerunt *Academiae, Helmstadiensis, Lipsiensis, Gissensis, Jenensis, & Marpurgensis*: multum sane pollebat, & ipsi *Reges, Electores, Principes, Virique Illustres* alii, per literas collocuti sunt. Extincto autem bello, & A. MDCLII. clementissimis *Reginae Suecicae CHRISTINAE* auspiciis, *Stadae Consiliarius* euasit *Consistorii*, *Aedique Regiae & Aulicae Pastor*, introductusque est A. MDCLIII.; *Suecis in Polonos mouentibus*,

a Rege CAROLO GVSTAVO munus accepit *Ecclesiastiae aulici & Superintendentis Generalis*, rectissime inter arma antehac confectum; A. MDCLVII., Rege suo redeunte ex *Polonia, Seadam* rediit & ad spartam suam; A. MDCLXIX. *Wismariam* a CAROLO XI. Rege abire iussus est, ad capeffendam spartam *Consiliarii Regii & Ecclesiastici, Superintendentis & Pastoris primarii*, d. 21 Oct. A. MDCLXX. in eandem a *Doctore Tabberto Iolenni* immiffus est ritu, & A. MDCLXXI. *Pastor* simul factus est *Aedis Wismariensis Marianae*. Tandem ex hac hominum vita demigravit *Theologus meritiſſimus* d. XVII. Maji A. LXXX., concionem funebrem, typis expressam, ex *1. Cor. I. 30.* die exequiarum publicarum Iolenni elocutus est *M. Samuel Reimarus*, *Pastor ad D. Georgii & Consistorii Assessor*, & gratias Exequiatoribus egit *M. Jacob Hieronymus Kochner / Pastor Nicolaitanus*. In sacello *Sonnefeldensi Ludouici* spectatur effigies.

§, LXIX. Sed & de *Matrimonio* exponendum est, semel iterum, ac tertio dissoluto, & quarta vice inito. A. MDCXXIX, d. 24. Nov. fidem dedit *Annae Barbarae*, Virgini filiae *Civis Coburgensis, Eucharri Kohles* / sed quae, Marita nondum triennis, obiit, nec foecunditatis edidit specimen. Conjux altera extitit *Rebecca, Guilielmi Ferrichen / Scoti, Negotiatoris & Civis Coburgensis primarii*, filia, cum qua A. MDCXXXIII. nuptias Coburgi celebravit die V. mens. Decembris, & ex hac quatuor Is suscepit filias, *Catharinam Mariam, Annam Barbaram, Beatam Christinam & Mariam Salomen*; natu maxima & minima extiterunt *Boaxßoi*, Beata *Christina* autem nuptui collocata est *M. Michaeli Böttigern / Pastori in Dam / & Anna Barbara*, ab *Auia* Coburgi educata, & adhuc superstes, *Matrona*

*trona more, exemplo, & aetate sancta, Coniux fuit 30. Theodori
 Nbtis/ Consulis Coburgensis, a d. 5. Sept. A. MDCLXI., hocque
 A. MDCLXIX. d. 31. Jan. mortuo, (bini etiam ex hoc conjugio
 suscepti liberi breuioris aeu fuerunt) & a d. 30. Apr. A.
 MDCLXXX., M. Iohannis Fischeri, Archi-Diaconi ante mortem
 Coburgensis, qui ipse fato functus A. MDCC. in Filio adhuc prae-
 sens praeclare ostenditur, Sacerdote nostrati magnopere veneran-
 do & nunc Subseniore. Mortua hac etiam Coniuge altera, id
 quod Marpurgi d. 21. Jul. A. MDCXLVI. contigit, tertiam
 sibi pactus est, Julianam, Theologi Vlmensis, D. Conradi
 Dieterici, filiam, nuptiarum solemnia in Arce Erpacensi con-
 fecta sunt, Paranymphis & ad Altare comitantibus Polemarchis,
 Suecico & Gallico, Wrangelio & Turenno, Ipsaque, Mater
 facta Sophiae Margarethae, anno aetatis VII. denatae, Michae-
 lis, Pastoris praedidari Regii & Wisnariensis, Caroli Christophori,
 Centurionis Suecici vicarii, & Margarethae, d. 2. Jun.
 A. MDCLXIX. obiit. Coniux Ludouici nostri quarta supremum
 pietate sua Marito exsoluit officium, Elisabetha, M. Jo.
 Dinggrauii, Pastoris Wisnariae Georgiani filia, domum ducta
 d. 17. Oct. A. MDCLXX.*


§. LXX. Plura, quae in animo habebamus afferre, de
*Meritis & Scriptis LVDOVICI, (innotuerunt Conciones funebres
 & Christliches Soldaten-Büchlein) de Theologis Caucasiorum,
 de Filiis ex Officina manuaria egressis, sed egregiis & Theologis, de
 Concionatoribus castrensibus, de Viris, qui olim in castris docu-
 erunt, & splendidioribus postea admoti sunt officii, de Consti-
 torio castrensi, de Theologis polygamis e. f. p., afferri plagulae non
 patitur angustia. Indicatur idcirco adhuc Oratio secularis, na-*

salis.

talitia sacra, & Latina, qua Calamitatem seculi superioris & Anni speciatim MDCXXII., Germaniae, & Principatus simul Coburgensis, pecuniariam peruoluet IUVVENIS STUDIOVS, a VOBIS, CIVES, attente audiendus, GEORG. PHILIPP. FRIDER. HEUBLEM / Coburgensis, Ipse a Gymnastii doctrinis laudabiliter instructus & patriae suae olim futurus fructuosus. Ita nimirum pie ominamur. Jcon etiam additur, ad formam Thaleri expressa, qui centum abhinc annis cusus est, XL. valuit grosis, & testis existit de Calamitate illa Coburgensi integer. P. P. Coburgi Per, I, F. Natiu. A. MDCCXXII.,

* * * * *

Coburg. Pleher/Thaler.



Ye 2777

ULB Halle
007 679 53X


3



VO 18

Me





I. N. I.
 MEMORIAM COBUR.
 GENSIVM
 &
 FASCICVLI SECVNDI
 PRIMA
 f.
 MEMORIAE
 JOH. FABRI,
 ERNESTI FOHMANNI,
 &
 CHRISTOPH. WALZII,
 PROFESSORVM.

